tante iniurie iuste incurrat. **I**n omni igitur
intellectu humano necesse est fundari credu
litate religiosam: intellectum inq; qui po
test esse capax illius q̄ dicimus p̄pter par

uulos et alios impeditos. **H**ec autem credu
litas quia necessario est de his que pariūt in
nobis affectiones ex quibus sunt operatio
nes diuini cultus necessario est de rebus q̄s
diximus et de similibus. **S**ecundo de necessi
tate quilibz tenetur ad dei dilectionē et affe
ctionē. **Q**uemadmodū nullus hominū ex
ceptus est nisi p̄uilegio diabolico q̄ est p̄
tinax in dñi blasphemia vel p̄tumelia excep
tus inq; ab operib⁹ deo ex necessitate debi
tis sic neq; ab affectionib⁹ ex quibus debent
esse huiusmodi opationes: quare nec ab ap
prehensionib⁹ que causant huiusmodi affe
ctiones. **H**ec autem sunt sicut predictum est
apprehensiones radicales articuloz fidei et
credulitas eozundem. **E**x quo manifeste ap
paret a credulitate articuloz fidei nulluz ho
minem credulitatis capacem esse exceptum
imō ad illam eodem iure teneri omnes et sin
gulos quo tenentur ad ipsam religionem et
diuinum cultum. **T**ertio quilibz de ne
cessitate tenetur deo ad subiectionem. **N**ul
lum quidem dubium est neminem deum co
lere nisi qui credit ipsum esse et nisi qui credit
de eo illa propter que merito debetur eidez
cultus quem ipsi impendit. **V**erbi gratia:
Nemo exhibet ei seruitutis officium nisi qui
credit et reputat eundem dñm. **S**imiliter ne
mo impendit ei latrerie cultum nisi qui credit
ipsum esse deum. **E**t iuxta hunc modum ne
mo orat vel adorat illum nisi qui credit eum
se posse scire et velle iuuare: et ita se habet per
singulas partes diuini cultus ac vere religio
nis. **Q**uare manifestum est cum generalit̄
p̄portiones sint partes similes eoz tota:
quia integro diuino cultui hoc est autem ex
omnibus debitis deo seruitijs aggregato
subest ex necessitate fides integra: hoc est ex
omnibus articulis aggregata: ad quoz cre
dulitatem necessario tenent̄ quicunq; ad ex
hibitionem diuini cultus et vere religionis
obseruantia obligati sunt. **S**ciendum est au
tem fm **A**lexan. de hal. et **B**onauen. q̄ na
to et nutrito in deserto cui nulla explicatio fa
cta est de aliquo articulo fidei: sufficit p̄para
tatiue et si non expletive fides omniū impli
cita. id est. credere de deo q̄ credebatur i le
ge nature. **E**t ad hoc illuminat̄ cognitio in
nata vel per se reuelando vel per angelum il
luminādo vel per hominē predicādo. **Q**uā
nobis concedat qui est benedictus in secula
seculorum **A**men.

Seria tertia post dominicam i
l. de fidei nobilitate vbi duode-
cim eius nobilitates declaratur
Sermo quartus.

Hinc manent fi

O des spes charitas tria hec. Tertiū
vbi supra. Usurū ē in preceden-
tibus q̄ sola vnica ē fides. et in q̄
bus determinata sit: q̄d̄q̄ om̄es obligamur
ad eā. Nūc aut̄ restat quartā ei⁹ cōtemplatio
nem considerare q̄ ē de fidei gr̄ositate. Duo
decim em̄ sunt eius gratiositates. quarū q̄t-
tuor̄ p̄tinēt ad incipientes. quattuor ad p̄fici-
entes. et q̄tuoꝝ ad p̄fectos. Primo p̄ incipiē-
tibus quattuor nota gratiositates. quarū p̄-
ma dicit̄ fundatio. sc̄da purgatio. tertia viuifi-
catio. quarta illuminatio. Sc̄do p̄ p̄ficiēti-
bus quattuor alias gratiositates cōsidera.
quarū prima dicit̄ distinctio. sc̄da p̄nexio. ter-
tia desponsatio. quarta p̄ctio seu defensio.
Tertio etiā p̄fectis quattuor addant̄ gratio-
sitates. quarū p̄ma dicit̄ p̄batio. sc̄da opatio
tertia triūphatio. quarta coronatio.

Articul⁹ prim⁹ de quattuor no-
bilitatib⁹ fidei p̄tinētib⁹ ad incipi-
entes. et primo oñdit q̄d̄ ē funda-
mentū toti⁹ edificij sp̄ualis. Ca. i.

Prima quidem gratiositas vere fi-
dei fundatio nūcupat̄. Fides em̄
sic̄ ex precedētib⁹ patz̄ ē fundamē-
tum toti⁹ edificij sp̄ualis. i. omnis
gr̄e et omnis gl̄ie. Propterea Ap̄lus. xj. c. ad
heb. fidē diffiniēs ait. Fides ē substātia spe-
randarū rerum argumentū nō apparentiū.
Quā diffinitionē declarās Bonauēsi. in. iij.
di. xxxij. q. v. ait. Q̄ diffinitio et notificatio ē
recte assignata: cū nihil p̄tineat sup̄flūū: nihil
etiā diminutū. et hoc ē q̄n̄ p̄ ip̄am notificatio-
nē vel ip̄s⁹ diffinitionē. Primo cēntia plene
indicat̄ sc̄do apte māifestat̄. tertio ab oib⁹ alijs
sperat̄. hoc ē in p̄posito reperire si quis bñ
aduertit. Primo em̄ fidei cēntia indicat̄. Nā
fides fm̄ essentiā suā aliqd̄ respicit ex pte affe-
ctus. et aliqd̄ ex pte intellect⁹. quia habet affe-
ctum stabilire et intellectū illuminare. Primo
em̄ inq̄stū habet affectū stabilire dī substā-
tia q̄si substans fundamētū. sc̄do aut̄ inq̄stū
habet intellectū illuminare dicit̄ argumentū
Sc̄do p̄ diffinitionē res apte manifestat̄. Et
q̄n̄ habet⁹ x̄tutis duplici⁹ notificari habz̄. l.

p̄ finē vltimū et p̄ suū obiectum. ideo hec duo
ap̄ls manifestat. Primo finē vltimū: Suis at̄
ip̄s⁹ fidei cōsistit in eterna beatitudine quaz
speram⁹. idō dicit̄ sperandarū rerū. sc̄do suū
obiectū q̄d̄ cōsistit in x̄tate nō visa. et ideo di-
cit nō apparētū. tertio p̄ diffinitionē res ab
om̄ib⁹ sepat̄. Habet em̄ fides informis sepa-
ri a fide formata et distingui ab habitu cuius-
libet alteri⁹ x̄tutis. Primo em̄ distingui h̄a
fide informi inq̄stū sustentat totā fabricā spi-
ritualem. ideo dicit̄ substātia sperandarū
rerū. Sc̄do at̄ ab alijs habitib⁹ x̄tutū inq̄stū
x̄tutū nō in se facit adherere. idō dicit̄ argu-
mentū nō apparentiū. Et ex hoc sic patz̄ q̄ p̄-
dicta notificatio nihil cōtinet sup̄flūū. nec di-
minutū: nec est in ea clausula nec dictio sup̄-
flua imo etiā nec ociosa. Sic ergo fm̄ p̄hm
argentū viuū principium ē oim̄ metallorū et
albedo cūctorū colorū. sic fides est p̄ncipium
oim̄ x̄tutū atq̄ donorū. Est etiā radix omni-
um gratiarū. Cū Aug⁹ sup̄ Joh. Sicut in ra-
dice arboris nulla prorsus spēs apparet pul-
chritudinis. et tñ quicqd̄ ē in arbore pulchri-
tudinis et decoris ex illa p̄cedit. sic ex fidei hu-
militate quicqd̄ meriti: qcquid beatitudinis
aīa susceptura est ex fidei fundamēto. p̄cedit
Q̄d̄ p̄s. x̄bo viuifico manifestat cū ait. Om-
nia opa eius in fide.

Q̄ p̄ fidē viuā oīa pctā ab aīa
expurgantur. Cap̄ secūdū.

Sc̄da gratiositas fidei purgatio
noīat̄. Purgat̄ em̄ aīa ab om̄ibus
inq̄namētis et culpīs cū in ea fides
est viuā quēadmodū ei⁹ fortissimā
cōcupiscentiā timor̄ erubescētie aut mortū ex-
tinguit. et hoc p̄ opinionē fortē aut dubitati-
onē cū ip̄a dubitatio fortis fuerit. Sic vtiq̄
fides om̄em labē diluit pctōrū. sicut Act. xv.
c. scri. ē. Fide purificās corda eorū. Uno em̄
mō lux diei. alio modo patibulum. atq̄ alio-
mō p̄tās latrones effugat. Sic nihil phibz̄
dei lucē fugare vitia et pctā et vnā quāq̄ x̄tu-
tem in aīa inserere et plantare. Itē Proū. xv.
scrip. est. Per misericordiam et fidē purgant̄ pec-
cata. Itē Bern⁹ in epla quadā. Sola fides et
mētis ad deū cōuersio sine effusione sangui-
nis et sine pfusioe aque salutē sine dubio ope-
rat̄ volētī. sed nō volenti. phibēte necessitatē
articulo baptisari q̄d̄ etiā p̄z̄ di. iij. c. bapti-
sati. vbi ostēdit q̄ fides sup̄plet vbi deficit ba-
ptismus vel aliud sacramētū.

Q̄ aīe vita ē v̄a fides. Ca. iij.

Feria. iij. p^o dñicā in .l. de fidei nobilitate

Tertia fidei gratiositas viuificatio dicitur. Fides enim vita est anime et sine fide mortua est. **Uñ** Abac. j. Justus meus ex fide uiuit. Et ad Rhoma. ij. Justus autem ex fide uiuit. Tante namque viuacitatis est hec virtus: ut mortis torpore quod mens humana ad salubria moueri non permittit omnino amoueat timoris etiam fortissimorum amoris motus incitat vel excitat. vñ silis est radio a calore solari cuius vigore reuiuiscunt plante et herbe arbores et cuncta virētia terre. Silis est radici: nam vita radicius vita totius arboris est que si arefcit et mouit tota vis arboris perit. Sic similis est cordi omnia in corpore viuificanti.

Qlumē aīe ē fides v̄a. **Ca. iij**

Quartā fidei gratiositas vocat illuminationem. Illuminat namque per ipsam intellectus humanus ad inuisibilia cognoscenda. **Uñ** Matth. ix. c. dñs ait cecis. Creditis quia hoc possum facere vobis et tetigit oculos eorum dicens. Scdm fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. **Uñ** Aug^o. Quid est fides nisi credere quod non vides. Creditimus enim ut cognoscamus: quia intellectus non attingere non potest ea que sunt supra naturam nisi per fidei virtutem. Circa quod aduertendum est quod dupliciter cognosci potest. scilicet cognitione naturali. et cognitione accidentali. Naturalis enim cognitio duplex est. Prima autem per se: quia homo cognoscebat deum apte in creaturis. Secunda post peccatum: et hoc per speculum in enigmate: sicut scribitur. **1. Cor. xij.** Eadem nunc per speculum in enigmate. Accidentalis triplex est. Prima est acquisita per rationes naturales: et hanc habuerunt philosophi et dicitur scientia. **Uñ** Ap^ols ad Rhoma. j. Qui cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipientibus eorum cor. Secunda est que habet testimonium scripturarum et miraculorum: et hoc cognitio dicitur fides informis et mortua. Tertia est que habet ex charitate: et hoc dicitur fides formata et viuua: et per tale cognitionem assentit anime per me virtuti propter se et supra omnia. **Uñ** adueniente ea peunt omnes alie cogitationes accidentales ad minimum quo ad actus. De hac fide Aug^o. ait. Fides est res audax et improba pueniens que non pertingit intelligentiam. Ista enim est que ascendit super cherubin et volat super seraphim senas alas habentia. Et Bern^o. sup cantica. Quid est quod non inueniat fides: attingit inaccessa: deprehendit ignota: comprehendit immensa: apprehendit vniuersa. Ista namque nepe eternitatem suo sinu quodammodo circūcludit. Et de lumine fidei **Eccl. xj. dñs**. Dulce lumē et delectabile oculis

est videre solē. i. per fidem cognoscere deum. **Uñ** Aug^o. diffinites quantum ad obiectum et principium motuum ipsam fidem ait. Fides est illuminatio mentis ad summam veritatem. Et idem super Job. Noli intelligere ut credas: sed crede ut intelligas. igitur intellectus merces fidei est. **Chrys.** etiam inquit super **Matth.** fides lampas est: quia sicut lampas illuminat domum: ita fides animam: hac luce anime irradiant: ad celestia dirigunt: et occulta eius mysteria declarant. Tanta est enim luminositas huius virtutis cum viuua est: ut tenebras nocte incredulitatis: aut piculose ignorantie de his que ad salutem necessaria sunt nullatenus patiat.

Articul^o scdm de quattuor nobilitatibus fidei que pertinet ad proficiētes. Et primo quod fides distinguit inter reprobos et saluos.

Capitulum primum.

Prima gratiositas pertinet ad proficientes distinctio dici potest. Per fidem enim distinguunt reprobos ab electis. **Uñ** Rho. iij. Signum accepit circūcisionis signaculum iusticie fidei: distinguunt sapientes ab insipientibus. **Uñ** Apo^o. xij. hec est sapientia sanctorum: que custodiunt mandata dei et fidei. et infra. Nam sine fide falsa est virtus etiam in optimis moribus. **Uñ** ap^ols. xij. c. ad Rhoma. ait. Omne quod non est ex fide peccatum est. Et **Lu. xj.** dñs inquit. Qui non est mecum. scilicet per veram fidem aduersum me est: et quoniam colligit mecum dissipat. scilicet merita per fidem formata dissipat. Et **Heb. xj.** ap^ols ait. Sine fide impossibile est placere deo.

Quod per fidem omnes homines insimul coniunguntur. **Cap. secundum.**

Secunda gratiositas dicitur connexio seu coniunctio. Omnia enim membra militantis ecclesie per fidem insimul connectuntur et coniunguntur. Per quod enim connectit parentibus filiis nisi per fidem: sic de fratribus et sororibus: et omni alia parentela. Propterea etiam per fidem credimus aliquem reum accusantium testimonio quod eis credimus. Tolle fidem et tollis omnem vnitatem et naturalem et supernaturalem. **Uñ** Bern^o. sup can^o. Dicam^o fidem virtutis: virtutes palmites: botrum opus: deuotionem vinum. De hac connectione. **Esa. xj.** Erunt fides cinctorum renū eius. **Renes** sunt partes infirmiores vel inferiores. **Partes** vero superiores humeri sunt. Sic fides habet primo caput. scilicet christum: partes superiores. id est humanas animas in celis regnantes: et partes renum. id est conuersantes in mundo. et huius etiam crura id est exites in purgatorio. **Charitas** ut dicitur

Loz. iij. Est vinculum perfectio: quia charitas non
quod excidit: sic dicit Aplos. i. **Loz. xij.** Et p. nectit
membra utriusque ecclesie militantis scilicet et trium
phantis cum capite nostro christo.

Per fidem anima a domino desponsatur.

Cap. iij.

Etiam gratiositas dicitur desponsatio: quia per fidem christo sponso anima desponsatur: ut quasi fides sit anulus desponsationis eius: sicut

Osee. i. scriptum est. **Sponsabo te mihi in fide.** **Et. i.** **Timoth. ij.** Saluabitur per filiorum. id est. per bonorum operum generationem si permanserit in fide. id est. si in fide perseverauerit. **In huius autem mysterium Luc. xv.** Annulus in manu filii prodigi dicitur: ut per annulum desponsatio denotetur: sicut. **ij. Corinth. xi.** aplos ait. **Desponsatio enim vos uni viro virginem castam exhibere christo.** **Per manum vero opera demonstrantur:** quia sicut **Jaco. i.** canon. **sue. c. ij.** ait. **Fides sine operibus mortua est.**

Fides defendat animam a contrariis suis. Ca. iij.

Carta fidei gratiositas protectio seu defensio dicta est. Protegitur enim et defenditur anima per fidem a mundi superbia: luxuria: et auaricia

De quibus. i. Job. ij. **Omne quod est in mundo:** aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut luxuria vite. **Et Deut. viij.** **In solitudine illa magna vite.** id est. in mundo est serpens statu adurens: hoc est luxuria: et scorpio brachijs amplectens: hoc est superbia multa ambiens: et diptera qui est serpens hominem occidens per firum cum momordit eum: et hoc est auaricia. **Contra hec. i. Pet. v.** scriptum est. **Aduersarius vester diabolus etc.** **Unde fides figuratur in columna nubis in die refrigerans populum in deserto. Exo. xij. ca.** **Et per noctem illuminans eum.** **Unde Eph. viij.** **In omnibus sumentes scutum fidei.** **Et ps.** **Scuto circumdabit te veritas eius etc.** **rotum vsque.** **Ladent a latere tuo mille etc.** **Et Psal. vj.** **Nulla lesio inuenta est in eo qui credidit deo.** **Ad hoc Amb.** **sup Beati immaculati.** **Fides in exercitata languescit acerbis: ociosa temptat incommodis: remissas excubias callidus in sidiaz: irrumpit: assuetus autem bello virum hostiaria fraus instruit: et gloriose prouehit palma victoriae.** **Pax ergo fidei corruptela mala est.**

Articulus tertius de quattuor no-

bilatibus fidei que pertinent ad perfectos. Et primo quod per fidem anima comprobatur. Ca. i.

Prima fidei gratiositas conueniens ad perfectos probatio nominatur. **In tribulationibus enim probatur vera fides.** **Unde. i. Pet. i.** scriptum est

Modicum nunc si oportet contristari in varijs temptationibus ut probatio fidei vestre preciosior sit auro quod per ignem probatur etc. **Judith viij.** **Temptati sunt patres nostri ut probarentur: si vere colerent deum suum.** **Memores esse debemus quomodo pater noster abraham temptatus est: et per multas tribulationes probatus: amicus dei effectus est: sic Isaac: sic iacob: sic Moyses: et omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles: habebunt. **Et Bern.** **de duodecim gradibus humilitatis.** **Qualis sit cuiusque fides: tribulatio probat.****

Omnia miracula virtute fidei impetrantur. Ca. secundum

Secunda fidei gratiositas est operatio scilicet miraculorum: que quidem virtuti fidei tribuuntur. **Unde Matth. vl.**

deus ait. **Signa autem eos qui crediderint hec sequentur.** **In nomine meo demonia eijcient. linguis loquentur nouis: serpentes tollent. et si mortiferum quid biberint non eis nocebit: super egros manum imponent et bene habebunt.** **Attribuunt autem miracula virtuti fidei secundum Bonauenturam in centiloquio.** **Quia ipsa est prima virtus que supra se eleuat intellectum: captiuas eius in obsequium iesu christi: et ideo meretur de congruo apud deum opus arduum impetrare: ad quod non se extendit possibilitas admirantis.** **Et hoc est quod tangit in diffinitione miraculi.** **Miraculum est arduum et insolitum opus supra spem et facultatem admirantis consistens.** **Idem Matth. xv.** **Cananee dicit.** **Domine mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis: et sanata est filia eius ex illa hora.** **Matth. quod xvij.** **dominus ait.** **Si habueritis fidem sicut granum sinapis. scilicet firmam: patientem humilem et fortem: dicetis huic monti transi et transibit: et nihil erit vobis impossibile.** **Unde Exo. xij.** **Cum extendisset moyses manum: diuisa est aqua et ingressi sunt filii israel per medium siccis maris: eratque aqua quasi murus a dextris et a sinistris eorum et leua.** **Et iterum Matth. ix.** **dominus ait.** **Si potes credere omniaabilia sunt credenti.** **Et iterum Matth. xxi.** **Siculnea ex ma-**

Feria. iij. p^o dñicā in .l. de fidei nobilitate

ledictione domini arefacta mirantibus discipulis ait. Amen dico vobis si habueritis fidem et non hesitaueritis: non solum de ficulnea facietis: sed et si monti huic dixeritis tolle te. et iacta te in mare: et ita fiet. Et omnia quecumque petieritis in nomine meo et in oratione credentes: accipietis. Exemplum notabile a plerisque narratur: quod cum gentiles catholicos oppressissent: eosque non sinerent viuere sub tributo: rector illius patrie episcopos et clericos conuocat ut de catholica fide redderet rationem. Solenni disputatione iam facta: iamque confutatis et conuictis erroribus paganorum: ait iudex fidelibus. Si dixerit iesus christus. Si habueritis fidem. etc. ut dictum est: respondentes illis quod sic ait. Ergo vos tali die montem illum qui est in terra mea in mare secundum legem vestram transferatis: aut lex vestra falsa apparebit: et vos sicut infideles sustinebitis sententiam capitalem. Cum autem ad .liij. dies presignata fuisset indixerunt in ecclesia catholica ieiunium et orationem. Cumque ad presignatum diem mestri catholici et clerici puenirent: fidelis quidam cum mesticia requisit. Et causa audita: assumpto martello die presignata ad montis radicem puenit. Sequente autem eum multitudine fidelium cum mesticia cordis episcopis ait. Dixit ne dominus hoc in euangelio nostro: quibus respondentibus quod sic ait. Quomodo ergo vos super hoc trepidi dubitatis. Et in trepido animo fideque securus: cum martello montem percussit: ait. Mons in nomine domini iesu christi qui hoc dixit: precipio tibi ut hinc transferas te in mare: qui statim paruit imperanti.

Quod virtute fidei omnia testamenta et male consuetudines triumphant. Ca. iij.

Tertia gratiositas triumphatio dicitur. Triumphat enim anima per ardorem fidei contra omnia temptamenta. Unde Apoc. xix. scriptus est. Et ecce equus albus: et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax. Et. i. Job. v. dicitur. Omne quod natum est ex deo vincit mundum et hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Et ad Heb. xi. Sancti per fidem vicerunt regna. etc. Et iterum. i. Regum. xvij. Tulit dauid lapidem unum: et funda iecit et percussit philisteum in fronte: et infixus est lapis et cecidit in faciem suam: ut innuat quod diabolica temptamenta et vincula malorumque desideria et malignos viros virtute fidei dirumpunt psternum

et annihilant. In ingressu enim ipsius moles malarum consuetudinum de mente quam illustrat: adit: sicut per testat. Ipsi videtes. scilicet per lumen fidei sic admirati sunt malicium consuetudinis male: conturbati sunt. scilicet per contritionem: commoti sunt contra malam consuetudinem: tremor apprehendit eos. Ibi. id est in anima illa fidei dolores ut perurietis. propter conformacionem in spiritu vehemeter coteres naues tharsis. Nauius multos cum portat consuetudines malam designat: que multos ad eternum supplicium gerit. Tharsis dissipans specula interpretatur: ut per hoc ostendat quod consuetudines in quibus vnus alterum quasi speculum respiciendo sequitur in ruinam per seruos fidei dissipantur et relinquunt.

Quod per pseuerantem fidem anima in gloria coronatur. Ca. iij.

Quarta gratiositas coronatio nominatur. Per ipsam enim anima in gloria coronatur. Unde anime fidelis Apoc. ij. dominus ait. Esto fidelis vsque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Ubi dominus dicit tria. Primo petit fidelitatem: quod nihil preciosius seruitio christi putet: propter quod dominum derelinquat: ideo ait. Esto fidelis. Secundo petit pseuerantiam. scilicet ut propter tribulationes et temptationes in fide non deficiat. Matth. xxij. ca. Qui autem pseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. propterea subdit vsque ad mortem. Cum enim homini nihil terribilius sit morte: ceteras tribulationes facilliter vincit qui propter christum morti non cedit. Et merito quidem vsque ad mortem ait. Non enim minus debetur deo quam tempali domino. Sunt namque plerique qui tempalem dominum ita diligunt: ut se tempali morte exponant. Et satis quidem iniuste: cum iste in eius seruitio plus impendat quam ille restituere valeat. Tale namque obsequium soli deo debetur: qui solus restituere sufficit omne damnatum. Talis namque zelus debet in quolibet christiano esse de fide christi ut potius velit fidelem sanguinem fundere quam fidem christi negare. Tertio autem talibus promittit coronam: ideo subdit. Et dabo tibi coronam vite: vita enim delectationem habet: corona vero propter periculum in quo perficitur eternitatem demonstrat. Corona ergo vite eterne delectatio seu leticia est que digne illis reddatur: qui pro fide christi vsque ad mortem cum acta aspera patiuntur. He duodecim gratiositates fidei duodecim fructus ligni vite possunt nominari. Propterea Proverb. iij. ca.

mystice scriptum est. **L**ignum vite est his qui apprehenderint eam: et qui tenuerit eam beatus. **O** gratiosa et amabilis fidei virtus. **Q**uis igitur te non amabit que fundamentum es omnis gratie et virtutis: purgans peccata: vivificans animas: illuminas cecos: distinguis electos: connectis membra capiti nostro christo: animas fideles deo facis sponas: protegis et defendis: probas iustos: miracula operaris: in omnibus triumphas: atque eterna felicitate perseverantes in te coronas. **I**n quibus connumerabiles reddat nos dominus **J**esus christus qui est benedictus in secula seculorum. **A**men.

In die cinerum de sacro ieiunio. **S**ermo quintus.

Tem ieiunatis

nolite fieri sicut hypocrite tristes. **M**atth. vi. **I**am domino adiuvante ad sacrum tempus quadragesime perducti sumus. **I**n quo ordinandus est

modus per totam quadragesimam continuandus. **C**um igitur tractaturi sumus de christiana religione: iamque de illa in precedentibus stabilitum sit solidum fundamentum et edificium ipsius: corda ora et opera extendamus. **E**t ut ordinato progressu sermo recte et utiliter dirigatur qualibus die quadragesime de una religio sita agemus. **D**iebus vero dominicis et duabus: ita quod qualibet septimana de octo religio sita differemus usque vero ad futuram dominicam solum quatuor premitamus. **P**rima est religiositas ieiunij: et de hac in presenti die ubi de ieiunio fit mentio dicemus. **S**ecunda est religiositas erogandi: de qua in sequenti die ubi sacra dominica oratio exponetur. **T**ertia est religiositas largiendi: et de hac feria. vi. ubi de elemosyna tractaturi sumus. **Q**uarta est religiositas patiendi: de qua sabbato futuro differemus: ubi ostendetur multiplices rationes quare iustis adversa dantur. **E**t merito hic ordo tenendus est. **N**am sublimia quidem sunt hec tria opera. **P**rima cum sint principalia opera satisfactoria. scilicet ieiunium: oratio: et elemosyna: **I**eiunium contra luxuriam: **O**ratio contra superbiam: **E**lemosyna contra avaritiam. **E**t de his tribus **T**ob. c. xij. ait. **B**ona est oratio cum ieiunio et elemosyna. **E**t sicuti quidam aiunt ad has reducuntur omnes alie satisfactiones. **N**am vigi-

lie: peregrinationes: discipline: abstinentia cunctaque opera affligentia carnem ad ieiunium reducuntur. **O**pera autem misericordie spiritualia reducuntur ad orationem. **O**pera vero misericordie corporalis ad elemosynam. **P**ropterea per ieiunium ordinatur homo ad seipsum: per orationem ad deum. per elemosynam vero ad proximum. **I**tem fit satisfactio de bonis corporis per ieiunium: de bonis anime per orationem: de bonis exterioribus per elemosynam. **S**ed quartum. scilicet adversa pati de quo in sabbato futuro hec tria predicta probat si veraciter fiant. **N**am vita iustorum est benefacere et mala pati. **D**e primo. scilicet ieiunio ait dominus. **C**um ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. scilicet qui hic seculum perdunt et regnum amittunt. **C**irca autem ieiunium quod a sancta ecclesia ponitur. quasi religionis initium tria consideremus. **P**rimo eius perfectionem. secundo eius obligationem. tertio eius exemptionem.

De duodecim fructibus sanctissimi ieiunij. **A**rticulus primus.

Prima consideratio de ieiunij perfectione. **D**e quo **H**ieronimus ad demetriadem ait. **I**eiunium non solum est perfecta virtus: sed etiam ceterarum virtutum fundamentum et sanctificatio et pudicitia. **D**uodecim possunt distinguui perfectissimi fructus sanctissimi ieiunij. **S**unt triplicem statum. scilicet purgativum: illuminativum: et perfectivum. **P**rimi quatuor habent mentem purgare. secundum quatuor mentem illuminare. tertium quatuor mentem perficere. **P**rimi quatuor qui habent mentem purgare hi sunt. **P**rimus dicitur refrenatio secundus satisfactio. tertius declinatio. quartus placatio. **S**ecundi autem qui habent mentem illuminare hi sunt. **P**rimus videlicet est clarificatio. secundus cibatio. tertius sanctificatio. quartus fortificatio. **A**ddantur alij quatuor qui habent mentem perficere: quorum **P**rimus dicitur eradicatio. secundus sacrificatio tertius triumphatio. quartus glorificatio. **P**ropterea hec etiam in prefatione quadragesime ecclesia canit. **Q**ui corporali ieiunio vitia comprimis. **E**t hoc quo ad statum purgativum. **M**entem elevas. **E**t hoc quo ad statum illuminativum. **V**irtutem largiri et premia. **E**t hoc quo ad statum perfectivum.

De primis quatuor fructibus

In die cinerum

ieiunij qui pertinet ad statū purgatum. Et primo q̄ per ieiunium vniuersa vitia refrenatur. **Primus fructus.**

Primus fructus dicitur refrenatio. Domat enim corp⁹ ⁊ eius illecebras premit: q̄to em̄ corpus magis fouetur: tanto anima magis attenuatur ⁊ eōuerso. Ratio huius est: quia ieiunium partē superiorem regnare facit super inferiorem: ⁊ austeriorem eam ab illecebris carnis reddit. Nam exercendo se ad austeros ⁊ amaros actus ieiunij: exercet se ad virtutem vel virilitatem: ⁊ excutit a se omnem molliē ⁊ inercia q̄m quā subiacet sue carni ⁊ sibi ipsi. Unde in hui⁹ exemplū seponit apostolus. i. Corinth. ix. c. di. Castigo corp⁹ meū ⁊ in seruitutem redigo. Per castigationē inquit se corpus in seruitutem redigere. Et merito. Nam cum corpus in creatione factū fuerit anime seruus ex patrata culpa factum ē anime domin⁹: sed per penitentia ⁊ ieiunia in seruitutem debitam etiam reformatur: vt merito per abstinentiam gula anime corpori dominetur: sicut per inobedientiam gula caro anime inobediens facta est: quamdiū em̄ Eua in paradiso abstinuit virgo permansit. Preterea Hester vt dicitur. xiiij. c. humiliavit corpus suum ieiunij. Substracō lignis olle cessat feruor. Remota causa remouetur effectus. Non potest sine anima moueri corpus. Non sine sole radius. Nō sine mari fluuius. Nō sine fonte riuius. Nec sine radice ramusculus. Sic nec sine gula rebelle ē corpus. Unde merito illi irrisione digni censi di sunt qui dicunt carnem se nō posse domare: cum homo possit ei ieiunando cibum subtrahere. Non em̄ est castrū adeo forte quod expugnari nō possit: si ei victualia subtrahantur. Non est pugil adeo probus qui etiam a debili vinci nō valeat: si forte necesse habeat dietam tenere quā voluerit debilis. Non est ignis adeo magnus ⁊ valid⁹: qui lignis substractis non deficiat. Unde Proverb. xxvj. Quis defecerint ligna extinguet ignis. Si ad hoc per impotentiam te excusas: audi sententiam cōtra te. Benef. xvi. Ecce ancilla in manibus tuis est. Ad hoc vide. dist. xxxv. sexto die.

Q per ieiunius de preteritis culpis deo anima satisfact.

De sacro ieiunio

Secūdus fructus.

Secundus fructus est satisfactio. Cum em̄ anima ieiunij refrenauit corpus satisfactionem de preteritis culpis consequi iustissimum est: quod per ieiunium cōuenientissime potest fieri. Est enim vnum de tribus precipuis remedijs penitentia: ⁊ vnum de potissimis instrumentis iusticie penitentialis seu satisfactiois sicut ex precedentibus patet. Pro libidine em̄ perpetrati: subtractio delectationi iustissime recompensat. Qui illicita peccat: debet satisfaciendo ab aliquibus licitis abstinere: sed ieiunium satisfact pro commissis ⁊ omissis: sicut patet dist. xxvj. c. igif.

Q mediante ieiunio homo a ruina culpe declinat. **Tertius fructus.**

Tertius fructus est declinatio. Nō em̄ sufficit pro perpetratis criminibus satisfacere: nisi etiam ad futura cauenda quis conetur. quod quidem per ieiunium fit. Cum em̄ sit corpus afflictuum concupiscentiam debilitas: futuris peccatis obsistit. Unde Hieronymus ad Demetriadem. Post cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma sumenda sunt: ⁊ cantandum cū David. humiliavi in ieiunio animam meam. Et paulo post. Ignita sunt diaboli iacula que simul vulnerant ⁊ inflammant: ⁊ a rege babilonis tribus pueris preparantur. Sed quomodo ibi quartus speciem habēs filij dei incensos mitigat ardores: sic in animo virginali: ⁊ ore celesti: ⁊ ieiunioꝝ frigore puellarū calor extinguitur: ⁊ humano corpori angelorum cōuersatio preparatur. Auicula veniente ancipitre sepem intrant orti ⁊ vinee denigrate spinarū ⁊ sepium fures euadunt. Qui thesaurum suum custodire cupit ostium claudit. Sic q̄ cupit animam suam custodire os suum claudere debet. Arborū cortex aspera apparet: sed econtrario medullā seruat. Spica plena granis sub aristulis pungentibus ab auicul aeris manet tuta. Taxus propter asperitatem pellis a vulpe teneri non solet: Quia ex corio aspero carnem eius dentibus non potest ledere. Hinc est q̄ sancti olim cum volebant carnis incentiuum extinguere taxi pelles vestiebant: quam melotem vocabant. Delicat⁹ insuper hospes: non libenter moram trahit vbi ignis friget. Et Isido. de sum. bo. c. viij.

Leuia ieiunia fortia tela sunt aduersus temptamenta demoniorum: cito enim per abstinentia vincunt.

Quod diuina iracundia per ieiunium mitigatur. Quartus fructus

Quartus fructus dicitur placatio. **C**uz vt dicit **Sal.** v. Caro concupiscit aduersus spiritum. Refrenata petulantia carne ne rebellet spiritui humiliat: spiritus ne recalcitret deo: ex quo benigne placat deus ne peccatori vel scelerato populo per iudicia aspera irascatur: quod totum operatur ieiunium. Unde **Jone.** c. iij. scribitur. Factum est verbum domini ad **Jonam.** secundo dicens. Surge et vade in niniue ciuitatem magnam et predica ibi in ea predicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit **Jonas** et abiit in niniue iuxta verbum domini: et niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit **Jonas** introire ciuitatem itinere diei vnus: et clamauit et dixit: adhuc quadraginta dies et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite domino et predicauerunt ieiunium et vestiti sunt sacco a maiore usque ad minorem. Et puenit verbum ad regem niniue: et surrexit de solio suo: et abiicit vestimentum suum a se: et vestitus est sacco: et sedit in cinere: et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis et principum eius **Domines** et iumentorum et boues et pecora non gment quicquam nec pascantur: et aquam non bibant: et homines operiantur sacco: et iumenta clament ad dominum in fortitudine: et conuertatur vir a via sua mala et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscatur deus et reuertatur a furore ire sue et non peribimus. Et vidit deus opera eorum. quia conuersi sunt de via sua mala et misertus est deus super maliciam quam locutus fuerat ut faceret eis et non fecit. Ratio autem quare ieiunio placatur deus est: quia cum vniuersae viae domini sint misericordia et veritas: si vnus eius fugis manum: alteri te propinquas. Si misericordiam fugis iusticie approximas: et econuerso. Igitur cum ieiunium sit euasum ire dei: metem propinquat misericordie eius. Unde **Amb.** Nullum est tam graue delictum quod abstinentia non purgetur.

De secundis quattuor fructibus

bus ieiunium qui pertinent ad statum illuminatum: Et primo quod per ieiunium intellectus illuminatur in operandis et speculandis Quintus fructus.

Primus fructus est clarificatio. **Ela.** xxvij. Quem docebit deus scientiam: et quem intelligere faciet auidum: ablactatos lacte auulsos ab uberibus. Duplex quidam intelligentia per ieiunium acquiritur. Prima in operandis. secunda in speculandis. In operandis quidem: quia vt legit **Exod.** xxij. **Moyse** post ieiunium data est lex. Unde **Ambro.** in libro de ieiunio **Moyse** ait. De ieiunio legem dedit ipsumque ieiunantem non voces magne non fulgura: non nubes ymbrosa et fumigans syna terruit. Non enim introisset in nubem et dei vocem loquentis de medio ignis sine periculo salutis audisset nisi munitus armis ieiunium: quadraginta enim diebus ieiunauit in monte vt legem acciperet a domino deo nostro. Et in superioribus quidem montis datur lex **Moyse** ieiunanti: inferioribus vero populo manducanti preuaricatio sacrilega accendebatur epulantium: quo spectaculo motus fregit tabulas **Moyse** indignum iudicans vt ebrio populo lex daretur. hec ille. Secundo acquiritur per ieiunium intelligentia in speculandis. Nam ad perspicuitatem et puritatem orationis et contemplationis miro modo disponit. Nonne lectio predicatio: et oratio: ieiuno stomacho melius capiuntur et exercentur. Unde **Hieronymus** contra **Iovinianum.** **Daniel** atque tres pueri reuelationem somniorum ieiunio reuelant. Pastusque legumibus pulchrioribus et prudentioribus inueniuntur. Eodemque libro inquit **Helyas** qui quadraginta dierum ieiunio preparatus dominum vidit in monte oreb: audiuitque ab eo. Quid tu hic agis **Helya.** Multo familiarior vox ista quam istius: **Adamybi** es. Illa enim pastus terre bat et perditum hec ieiunanti famulo blandiebatur. Iterum **Hieronymus.** Nihil sic intelligentiam obruit vt comestatio et ebrietas. Et alibi inquit venter pinguis non gignit tenuem sensum. De **Iohanne** etiam euangelista patet: cum ieiunanti in pathmos insula apocalypse reuelatio facta est. **Apostoli** quoque ieiunantes et orantes: in igneis linguis

In die cinerum

Spiritus sanctum acceperunt. Act. ij. Gloriosus quoque Franciscus quadraginta diebus in solitudine montis orans ieiunauit in pane et aqua: et ibi sic accepit ex ore dei postea asseruit sacratissimam regulam scribi fecit. Dan. ix. scribitur: quod postquam Daniel orauerat dominum in quinquagesima ieiunio sibi angelo reuelante mysteriorum sacramenta cognoscere meruit. Et yd. lxxxij. de sum. bo. c. viii. Per ieiunium occulta mysteriorum celestium reuelantur.

Quod propter ieiunium spirituales et corporales suauitates et cibi a domino ministratur. Sextus fructus.

Secundus fructus est cibatio. Cum enim mens fuerit illuminata ex cognito homo facilius delectatur: et sic ex ieiunio diuine dulcedini intendendo spirituali delectationi inebriatur. Unde Job. xx. xviii. scriptum est. Qui preparat coruo escam quando pulli eius clamant ad deum: Super quo Gregorius ait. Quod coruorum parentes contempnunt pascere eos donec nigrescant: sed videns deus clamorem eorum: de rore celi pascit eos. Similiter autem deus eos pascit quos abicit mundus qui ad dominum clamant: et propter eum ieiunant teste virgine gloriosa que inquit. Esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Et in ps. quoque dicitur. Quod deus dat escam pulis coruorum in uocantibus eum. In huius signum Matth. iij. Cum ieiunasset Iesus. ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Et Act. x. Cornelio ieiunanti apparuit angelus: nec tantum spirituales cibum subministrat deus ob meritum ieiunandi: sed etiam corporales sicut patet de sancto Paulo primo heremita: qui ieiunium prolongabat quousque medietas panis sibi mitteretur a domino: cui in aduentu Anthonij integer ablati est. Danieli in super per Abachuc dominus pauit: sicut scribitur Dan. xiiij. c.

Quod per ieiunium acquiritur corporalis sanitas et seruatur. Septimus fructus.

Tertius fructus est sanificatio. Iuste naturam sequitur sanitas ieiunanti diuina suauitate gustata. Sic enim electuaria et confortatiui cibi ad valitudines

De sacro ieiunio

educunt debiles: sic spirituales suauitates et refectiones in aliquibus tantum a mente redunt in carnem: quod ex sanatiua delectatione spiritus resultat in eis sanitas carnis. Ubi Ecclesia. xxxvij. In multis enim estis erit infirmitas: et auiditas appropinquabit usque ad coleram: propter crapulam multi perierunt vel obierunt: qui autem abstinens est adiuciet vitam. Item. c. xxxj. vtere. q. homo frugi his que tibi apponuntur. Et post. Sanitas est anime et corporis sobrius potus. Item Hieronymus. Superfluitas cibi generat morbos varios et mortiferos: moderata vero refectio sanat egrotudinem: procurat sospitatem et hilaritatem: Saltem in super ait. Abstinencia summa est medicina. Exemplum de prelato qui non poterat curari medicina: sed factus monachus propter ieiunia et abstinenciam curatus est. Qui ad tempus cum visitaretur a medico dum comederet fabas: interrogatus quomodo sanus factus esset: respondit fame et fabis etc. Iterum doceantur egroti vel corpore fiant sani. Unde de conse. di. v. ne tales. Chrysostomus ait. Morbi saturitate nimia concitantur. Et. c. sequenti scribitur. Legimus quosdam morbo articulari et podagra humoribus laborantes proscriptioe bonorum ad simplicem mensam: et pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerunt enim sollicitudine dispensationi domus: et epularum largitate que et corpus frangunt et animam. Irridet Oratius appetitum ciborum: qui consumpti relinquunt penitentiam vel penam. Chrysostomus ubi supra.

Quod per moderata ieiunia spiritus et corpora roborantur. viij. fructus.

Quartus fructus est fortificatio: que bene sequitur ad precedentia: cum sanitas in fortitudinem conualescat: facit enim ieiunium ad labores promptum: ad patientiam firmum: ad constantiam solidum: et ad omnem fortitudinem preparatum. Unde in decret. di. xxxvi. sexto die dicitur. quod cognitio infirmitatis in cibo firmitatis virtus in ieiunio. ij. Corinth. xij. Cum infirmior fortior sum.

De ultimis quattuor fructibus ieiunii qui pertinent ad perfectos

Et primo q̄ per ieiunium eradicatur proprius amor. **Nonus fructus.**

Primus fructus est eradicatio. Per ieiunium namq̄ eradicatur proprius amor qui radix est omnium viciorum. Unde apostolus. i. Timoth. vi. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Proprius enim amore procedunt carnalis amor sui: et sue vite et sensualium delectationum. Item sensuum et carnis vigor ad immanendum delectationibus et delectabilibus mundi. Hec est illa bestia de qua Apocal. xij. vbi dicitur. Vidi bestiam ascendentem de mari habentem capita septem et cornua. x. et super decem cornua decem dyademata: et super eius capita nomina blasphemie. etc. Hic proprius amor ascendit de mari: quia spiritus amara fugit. Hic vij. capita quia ex eo. vij. capitalia vitia generantur: decem vero cornua gestat: quia cunctis dei preceptis continue aduersatur: decem vero dyademata gloriatio est de vniuersitate malorum. Habetque super septem capita nomina blasphemie: quia talis amor animam blasphemius plenam reddit.

Quod per ieiunium se offert homo quasi sacrificium coram deo. **Decimus fructus.**

Secundus fructus est sacrificatio. Per afflictionem enim ieiunij fit de homine iusto deo sacrificium vesperinum et matutinum. Desperatum quo ad corpus: matutinum quo ad spiritum. Et de vitis ps. ait. Sacrificium deo spiritus contribulatus. id est simul cum corpore per ieiunium tribulatus. In hoc autem sacrificio mactamus et affligimus membra nostra: et diuino cultui mancipamus: et quasi in holocaustum carnem nostram offerimus incendio famis et inedia. Ad quod sacrificium hortabatur apostolus. c. xij. ad Rhodios. cum dicebat. Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corda vestra hostiam uiuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium vestrum. Quod ideo hoc ultimum huius adiunxit. ne per sacrificium indiscreti ieiunij corpora destruantur ineptaque fiant ad seruitium dei et ad spiritualia dona quod sepe in nouitiis feruoribus solet fieri iuxta sententiam

salomonis. Capi. i. Adolescentule dilexerunt te nimis. De quibus ps. ait. Ascendunt usque ad celos et descendunt seorsum postea usque ad abyssos: anima vero eorum in malis tabescebat: quia tales contracti mente et corpore antra tepiditatis et impatientie fiunt.

Quod per ieiunium superantur demonia et aduersa et iusti quecumque ardua operantur. **Undecimus fructus.**

Tertius fructus est triumphatio. Eradicato namque amore proprio sacrificioque spirituali per ieiunium consummato: ad triumphalem victoriam carnis per mundalium mens ascendit. Per virilitatem enim ieiunij. Primo vincuntur demonia. Unde Matth. iij. Post ieiunium dominus iesus de hoste triumphat. Fames lupum de silua pellit. id est diabolus de mente obscura superba et luxuriosa. Iuxta illud Job. xl. Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Secundo superantur aduersa. Unde Ambrosius. Est quedam gemme natura quam adamantem vocat nec facile igne consumitur: que imposta focis igne scit: ilico sublata de flamma tanquam aquarum in fusione munda resplendet. Talia erant hebreorum puerorum corpora et de ieiunio in adamantem transformata naturam vapore ignis non ad dispendium sui: sed ad gratiam mutabatur. Daniel quoque trium hebdomarum ieiunio leones docuit ieiunare missus in lacum in adamantinam soliditatem abstinentie rigore membra duratus non potuit vulnerari. Sicut enim constrixerant ieiunia: ut in eis corpore ferarum morsibus locus esse non posset: clausa tenebant leones ora que abstinentia prophetice sanctitatis comprimerebat ut ea fere aperire non possent veluti quibusdam vinculis alligata. hec ille. Tertio operantur ardua. Unde Ambrosius in libro de ieiunio. Magna est virtus ieiunij: denique tam speciosa militia est ut ieiunare delectaret christum: tam valida ut ad celum homines eleuaret. Et ut humanis magis diuisitar exemplis Helyas ieiunio ore clausit celum: ieiunio filium vidue ab israhel suscitauit: ieiunio pluuias orone deponit: ieiunus ignem eduxit de celo: ieiunus raptus est ad celum: et quadraginta dierum ieiunio acquisiuit diuinam presentiam: tunc denique plus meruit quando am-

In die cinerū

plius ieiunauit. Quis enim humana virtute igneos equos et currus potuisset ascendere nisi qui naturam corporis incorruptibilis humani ieiunij virtute mutasset. hec ille.

Qui ieiunium in celestem patriam introducit. **Quod** decimus fructus.

Quartus fructus est glorificatio: quod bene ad omnia precedentia sequitur: sicut cantat ecclesia. **Paradisi** portas aperit nobis ieiunij tempus. **Et. iij. Regl. ij.** Helyas post ieiunium raptus est in celum. **Et merito** quia gula celum nobis claudit: sed ieiunium illud nobis aperuit. **In huius** mysterium post ieiunium quod dragemine statim resurrectionis gloria celebratur. **Unde. i. Corinth. ix.** Omnis qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. **Pro omnibus** quod supradictis audi Augustinum in quodam sermone de oratione et ieiunio. **Ieiunium** mentem purgat: sensum subleuat: carnem spiritui subijcit: cor contritum et humiliatum facit: quod deus non spernit concupiscentie nebulas dispergit: libidinum ardozem extinguit: castitatis lumen accendit. **Et subdit** Ieiunium verbositatem non amat: diuicias superfluitatem reputat: superbiam spernit: humilitatem commendat: prestat homini seipsius intelligere esse infirmum et fragilem.

Articulus secundus de triplici ieiunio et de temporibus in quibus homines ieiunare tenentur.

Secunda consideratio est de ieiunij obligatione. **Ad triplex** quidam ieiunium homines obligantur. **Primo** ad ieiunium nature. **Secundo** ad ieiunium penitentie. **tertio** ad ieiunium ecclesie. **Primo** obligatur homo ad ieiunium nature. **Logit** nempe et obligat lex ipsa nature: ut quilibet ieiunijs cohibeat in se peccata: valet enim ieiunium ut ex precedentibus patet: et ad vitandum peccata: et ad consequendum bona. **Preterea** vnusquisque ex naturali ratione tenetur tantum ieiunijs uti quantum sibi est necessarium ad predicta. **Et ideo** cum homo ieiunando abstinet a peccatis: tunc est ieiunium

De sacro ieiunio

virtuosum. **Unde Ambrosius. lxxxvi. di. c.** quid prodest. sic inquit. **Quid** enim prodest ieiunare visceribus: et luxuriare venatibus abstinere a cibis et errare peccatis. **Secundo** obligatur homo ad ieiunium penitentie. **scilicet** cum ei in confessione pro penitentia ieiunia imponuntur que quidam satisfactoria sunt: quia subtractione delectationis homo afflictionem assumit: et illam sicut predictus est pro peccati libidine recompensat: sicut **Mat. xvij.** dominus ait. **Hoc** genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione et ieiunio. **Insuper** quia concupiscentiam debilitat contra peccata futura preseruat: satisfacit etiam pro commissis atque omissis sicut etiam ex precedentibus patet. **Tertio** obligatur homo ad ieiunium ecclesie: quia sic est ab ecclesia institutum. **scilicet** quod aliquibus temporibus homo ieiunare tenetur. **unde** preceptum est ieiunium. **Primo** pro totam quadragesimam exceptis diebus dominicis: sicut patet de **psal. di. v. c.** ieiunia et. c. se. **Clericis** autem quibuscumque iniunctum est ieiunium incipe a quinquagesima: sicut patet **di. iij.** statuimus. et. c. denique. **sed** consilium est secundum glo. **Secundo** in quattuor anni temporibus. **xxvi. di. c.** statuimus. **Tertio** in omnibus vigilijs apostolorum **Philippi et Jacobi et Johannis euangeliste et Barnabe** exceptis. **et de obser. ieiunio. c. consilium.** **Quarto** in vigilia dominice natiuitatis: que natiuitas si venerit feria sexta hi qui nec voto nec ex regula abstinentia carni sunt astricti: tali die carnis uti possunt secundum consuetudinem ecclesie generalis: nec tamen hi reprehendendi sunt qui ab eis ob deuotionem volunt abstinere. **et de obser. ieiunio. c. explicari.** **Quinto** in vigilia pentecostes ut notatur **xxvi. di. necessario.** **Sexto** in assumptione virginis gloriose. **extra. de obser. ieiunio. c. j.** **Septimo** in vigilia beati Johannis baptiste sancti **Laurentij et omnium sanctorum:** et hoc de consuetudine approbata que ligat: sicut patet **di. i. consuetudo. et di. xi. c. ecclesiasticarum. et. c.** in his **Octauo** in vigilia beati **Bartholomei** que obseruari debet secundum consuetudinem festi vel preterite. **extra. de obser. ieiunio. c. consilium.** **Nono** debitum est ieiunium secundum consuetudinem patrie approbatam. quia consuetudo obligat ut predictum est: unde si in aliqua regione seu diocesi sit aliquid quod ieiunium consuetum: quod tamen per ius scriptum non est preceptum: nihilominus est ab exiitibus ibi etiam obseruandum. **Decimo** in tribus diebus rogationum ante ascensionem domini ieiunandum est. **de conse.**

dist. iij. rogationes. sed vt ibidem glofa dicit
 consilium est. vbi tamē est approbata consue-
 tudo ieiunandi: est per equiualentiam sub p̄
 cepto: sicut ex precedētibus patet. Cum hoc
 concordat etiaz hostien. Undecimo ieiunia
 indicta ab episcopis etiam obseruanda sunt
 de consecra. di. v. ieiunia. z di. iij. c. j. Duode-
 cimo ieiunium aduentus sicut in patria s̄ cō
 suetudine est preceptum. aliter autē non fm̄
 hostien. extra de obserua. iei. ca. cōsiliū. m̄
 licet honestum sit q̄ clerici z maxime presby-
 teri. Similit̄ est de consuetudine ieiunare in
 feria quarta sexta z sabbato: vt patet de con-
 secreta. distincti. iij. c. ieiunia. z c. sabbato. In
 omnibus autē vigilijs festozum que feria secū-
 da veniunt in precedēti sabbato ieiunanduz
 est: vt in predicto. c. consilium. ordinatum est
 z c. ex parte.

**Articulus tertius de duodeci
 generibus hominum que ad iei-
 unium non ligātur.**

Tertia consideratio est de ieiunij ex-
 ceptione. Regulariter nempe a ie-
 iunio exempti sunt quicūq; nō ie-
 iunandi rationalem z legitimam
 causam habent: sicut patet. extra de obserua.
 iei. c. consilium. vbi scriptum est. Legi non
 subiacet necessitas. Laueat tamen sibi quicū-
 q; sibi falso indulget ne carnaliter decipiat se
 metipsum. Qui em̄ ieiunaret qualibet die p̄
 lucrando flozenum: nec posse ieiunare se di-
 cit pro lucrando celum: manifeste declarat q̄
 amplius diligit numum q̄ deum: possunt it̄
 aliqui rationabiliter a ieiunio excusari. quo-
 rum **P**rimi sunt pueri: qui ideo excusantur:
 quia cibus in eis est materia duplicis virtu-
 tis. s. nutritiue z augmentatiue. **Q**uo ad nu-
 tritiuam indigent frequentī cibo propter na-
 ture debilitatem: sed virtus naturalis illū di-
 gerere non posset si multus esset: ideo frequē-
 tiori z meliore z minori q̄ alij nutriēdi sunt.
Quo ad augmentatiuam vero etiam indi-
 gent nutrimento maiori. propterea duz sunt
 in augmento quod fm̄ **P**hm̄ est vt in pluri-
 bus vsq; ad finem tantū septennij ad ieiuni-
 um non tenentur: nisi forte interpolatim.
Alexander de hal. dicit. Si tales sunt q̄ iei-
 virtus supleat etatem. Propter duo tamen
 ante predictā etatem inducendi sunt. **P**rimo
 propter vitiorum refrenationem. s. cum sunt

lasciui z dissoluti: quia tunc z si forte non ob-
 ligantur ex precepto ecclesie: obligantur ta-
 men ex precepto legi nature: que dicitur a fer-
 uenti z exuberanti corporis olla extrahenda
 esse alimentozum fomenta. **S**ecundo prope
 generalem cōmotionem z miscdie impetrati-
 onem z conuersionem: imo propter imminē-
 tem tribulationem etiam pueris in signū pe-
 nitentie arctozis ieiunia indicenda sunt. **U**n-
Joel. ij. Sanctificate ieiunium. Sequit̄. Co-
adunate senes: congregate paruulos z su-
gentes vbera. s. vt eozuz exemplo ceteri ani-
mentur: z vt eozum innocentia placetur deo
Cum etiam niniuitis **Joel. iij. sicut visum**
est superius ieiuniū sit iniunctū. **Scdo excu-**
santur nouitij z minores religiosi: qui vt ait
Bern̄. fm̄ discretionem prelatozū ieiuna-
re debēt. **Tertij excusabiles sunt pauperes:**
qui tamen fm̄ **Thoñ. Si possunt habere tā-**
tum simul q̄ sufficiat ad vnam comestionem
a ieiunio non excusantur. si vero habere nō
possunt excusabiles sunt. Similiter quando
pp̄ter precedentem inedia ieiuniū suffer-
re non valent: concordat **Richardus. **Q**uar-**
ti sunt peregrinantes: vbi aduertendum est
q̄ si peregrinatio cōmode differri potest aut
minui seu anticipari absq; detrimento: pro-
pter hoc nō sunt ecclesie ieiunia intermitten-
da: alias pretermitti possunt fm̄ **Richarduz**
z **Thoñ. z maxime si tempus ieiunij impor-**
tabilis preoccupat in via: vel quia dies fest⁹
alicui impingeret ad quem hic ex deuotione
puenire desiderat: v̄l quia mora in patria pe-
riculum habet vel spirituale aut originale: h̄
tamen intelligimus de illis qui tantū affligū-
tur itineris labore q̄ simul itinerare z ieiu-
nare non possunt. **Nec obstat q̄ preceptum**
consilio preponendum sit: quia intentio dā-
tis hoc preceptum non est excludere alias pi-
as z necessarias causas. **Secus tamē est de p̄-**
ceptis legis nature que prohibent illū quod
fm̄ se est semper malum. **Quinti sunt curso-**
res: **Scōm em̄ **A**lexādrū de hal. **N**ulla affli-**
ctio: neq; peregrinationis: neq; itineratio-
nis absoluit a ieiunio ab ecclesia instituto ni-
si dispēsante necessitate: z hoc auctoritate da-
uium. **Sexti sunt operantes: qui si ieiunādo**
competenter possunt habere victum pro se z
sua familia de qua incumbit sibi cura: seu
quia als sunt diuites: siue quia de minori la-
bore ieiunium suum secū cōpatiēte sufficien-
tia lucrari possunt a ieiunio nō excusantur.
****E**x quo patet q̄ intentio maioris lucri non**

Feria .v. p^o cineres

necessarij nõ excusat tales a culpa si ieiunij fragũt: nec etiã a peccato imunes sunt q̄ oparios p̄ducere nolunt nisi cũ pacto q̄ ieiunij soluant: nisi forte talis necessitas immineret q̄ r̄onabiliter opus pro quo laborat festinãciam postularet: cõcordat Richar. Septimi sunt mense nobilium seruitores: qui si ex cã necessaria p̄ueniant aliquãtulum comedẽdi horam ex toto comedendo: vel modicum p̄libando: ne seruiendo deficiant: et hoc faciunt iam positis mensis vel modicum ante: ita quod propter temporis continuatiõnem vna mensa debeat reputari: nõ credo q̄ peccent: sic nec etiam peccant seruitores mediocrium personarum qui surgũt de mensa dominorũ suorũ vt p̄uino vadant v̄l enenia deferant: et iterum reuertentes ad mensam cõmestionem continuãt iam inceptam: hoc sentit Rodonens. cum quo satis concordat Bonauẽ. Octauj sũt debiles et infirmi q̄ ad arbitriũ boni viri dimittere ieiunij possunt. Noni sunt p̄sone antique: et idem dicendũ est de debilib⁹ et infirmis s̄m Innoç. Decimi sunt pregnantes que tantũ non possunt dimittere ieiunium sed etiã debet. Si immineret periculum plis s̄m Rodonens. habent etiã sciẽpe nutrimentũ non tantũ pro se sed etiam pro sua prole. Insuper solent pregnantes habere desideria inordinata diuersorum ciborum et quãdoq; ita intensa q̄ nisi aliquo modo possunt satisficere appetitui suo esset periculũ fet⁹ s̄m Richar. Undecimi sunt nutrices que etiam possunt dimittere ieiunij duz lactant cum etiam habeant recipere nutrimentum pro se et pro prole. Duodecimi sunt vxores de quibus notandum est: q̄ mulieris caput est vir in omnibus excepto coniugij debito. Propterea abstinentie vota potest mulier vouere viro permittente: que tamẽ promissa implere nõ potest illo prohibente: et h̄ p̄pter seruitutis conditionem: quia in omnibus supradictis debet suo viro subesse. xxxiij. q. v. manifestum. et c. se. Ieiunia autẽ ecclesie s̄m Innoç. dimittere nõ debet sed forte p̄pter viri scandalum cuitandum potest p̄prius sacerdos vel confessor dispensare facilliter. ar. l. distin. x. consuetum. c. vt constitueret. ex. de de. exco. c. latores: cõcordat Hosti. De dispensatione autẽ ieiunij notandum est: q̄ si euidentis causa sit potest homo per se ipsum statuti obseruantiam p̄terire: p̄sertim consuetudine interueniente vel si nõ pos-

De dñica orõne

set ad superiores de facili habere recursum. Si autẽ causa dubia sit: debet homo ad superiorẽ recurrere qui potestatem habet in talib⁹ dispensare. Et hoc obseruandum ẽ in ieiunijs ab ecclesia institutis ad que omnes rationabiliter obligantur: nisi eis fuerit impedimẽtus aliquõ speciale. cõcordat Thom. Qui igitur a ieiunio nõ est exemptus disponat se in hac sacra quadragesima ieiunare: visa illius obligatione atq; diligentẽ p̄sata illi⁹ p̄fectiõne: quã intelligere: querere: et consequi nobis concedat sacri ieiunij institutor: adiutor: et premiator domin⁹ noster iesus christus. Qui cũ patre et spiritu sancto viuit et regnat deus. amẽ.

Feria quinta post cineres de dominica oratiõne. Sermo. vi.

Domine puer

meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Mat. thei. viij. Necessitatem parientis atq; orantis et supplicantis verba sunt ista. Premittitur enim ad litteram q̄ cuz

introisset Iesus capharnaum: accessit ad eũ Centurio rogans eum. Et subdens orationem ait. Domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Sicut enim ex precedentibus patet. Premisso iam primo opere satisfactorio pro luxuria quod est ieiunium per quod ordinatur corpus ad spiritum subiiciendo carnem sub imperio rationis. Hunc vero tractandum est de secundo opere satisfactorio pro superbia quod ẽ oratio: per quam ordinatur homo ad deum subiiciendo spiritum sub imperio sanctissime voluntatis dei. Et hoc orans postulat Centurio. id est. superior ratio dicens. Domine puer meus. id est. seruus meus ad litteram. Nam s̄m consuetudinem scripturarum serui pueri dicebantur. Unde. ij. Regum. ij. Surgant pueri et ludant coram nobis. Per Centuriõis autẽ puerum superbus a deo rebellis spiritus designatur qui merito seruus dicitur: quia vt scribitur Job. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et seruire deo regnare est. Hic autẽ seruus in domo carnis iacet vitijs prostratus. Paralytic⁹ vero quia omnibus spiritualibus virtutibus est destitutus et male torquetur dũ sp̄ remordente cõsciẽtia cruciat. Ex his igitur patz: q̄ s̄m mo-

ralem intelligentiam in propositis verbis secunda religiositas. s. exorandi mystice demōstrat cum superior ratio a dño p orationem postulat spiritum ab hmōi infirmitatib⁹ liberari. Tractatur igit de oratione: quia oratiōi dominice nulla oratio equari potest: ideo omnibus alijs circa hanc materiam p̄missis de illa solūmodo differamus. Circa quam ad presens tria consideremus. Primo eius excellentiam. secūdo eius beniuolentiam. tertio eius continentia.

Articul⁹ primus de triplici excellentia dñice orationis.

Primo em̄ considerando excellentiam tante orationis triplicē eius distinguamus excellentiam. Excellentia em̄ cunctas alias orationes.

Primo in dignitate. secūdo in breuitate. tertio in utilitate seu secunditate.

Propter tria em̄ fecit dñs hanc orationem proprio ore suo. Ca. primum.

Excellentia em̄ hec sancta oratio. Primo in dignitate cum ab ipso dño qui oratur composita sit et edita: sicut Ath⁹. vi. cap. patet. Ex quo manifeste apparet: q̄ nec sapientius: nec feruentius: nec insup̄ utilius vel salubrius potuit ab alio hui⁹ orationis forma componi. Fecit aut̄ illam propria ore maxime propter tria. Primo scz vt adhibeatur huic orationi maior reuerentia. secundo maior diligentia. tertio maior confidentia. Primo vt adhibeatur huic orationi maior reuerentia. Cui⁹ Aug⁹. Maxima ab oib⁹ fidelib⁹ reuerentia dominice orationi exhibēda est: quia ab ipso summo doctore facta est: vnde ab omnib⁹ sciri debet. Prop̄ta si tanta reuerentia dignum est christi vestimentū: quod corpus exteri⁹ tetigit et mortuū est: quāto magis hec sacra oratio que de christi corpore exiuit et viuit: dicente Ap̄lo Heb. iij. Cuius est sermo dei et efficax. Secundo vt adhibeatur maior diligentia. scz indicendo illam: ruminando illam: saporando illam: cum sint verba mire altitudinis et virtutis et altissimi filij dei contineant sensus. Unde Ciprianus. Amica et familiaris est illa oratio dñm de suo rogare. Et Chryso. ite-

rum ait. O q̄ fidelis et beata hec oratio ē cui⁹ ordinem nobis doctor vite ac magister celestis instituit. Tertio vt adhibeatur maior confidentia. Cum em̄ deus misericors sit et iustus: exaudire nō debet nisi in his que ad suum spectant honorem et nostram salutem: hec aut̄ nescimus nisi instruamur ab ipso. prop̄ta dulcissim⁹ iesus ne vagaremur in celsi omnium petēdorum nobis in hac oratione formam dedit: vt fideliter orās iuxta in hac oratione contenta de postulatis non habeat dubitare. Iuxta illud Jaco. i. Postulet in fide nihil hesitās.

Propterea facta est a domino hec oratio ita breuis. Capitulum secundum.

Secundo autem excellit hec oratio in breuitate. Fecit enim illam dñs breuem iuxta vaticiniū Rhomano. ca. ix. Verbum breuiatum faciet dominus super omnes terram: Atq̄ ad hanc breuitatem illam reduxit triplici ratione. Primo videlicet pro facili recordatione. secundo pro clarioꝝ cognitione. tertio pro feruentiori deuotione. Primo pro facilioꝝ recordatione: et hoc quo ad memoriam scz: vt in disciplina celestis discipulorum memoria non laboret: sed quod simplicis fidei est anima facilliter discat: atq̄ iexcusabilis sit de illi⁹ ignorantia omnis homo. Unde Augustin⁹. Paucis verbis multiplices res comprehendit: vt sicut cito simplicitas fidei sufficientiam sue salutis addisceret: et prudentia ingenioꝝ profunditate mysterioꝝ stuperet. Secūdo pro clarioꝝ cognitione: et hoc quo ad intelligentiam. Facilius em̄ intelliguntur et capiuntur ingenio breuia q̄ phylacteria longa. Cui⁹ dominus cum doceret quid sit gloria sempiterna: totum illud sacramentum diuina breuitate complexus est: dicens Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum deum verū et quem misisti iesum christum. Tertio pro feruentiori deuotione: et hoc quo ad voluntatem. Pinguedo enim deuotionis est q̄ deo acceptum reddit sacrificium nostre orationis: sicut Ps̄. ait. In nomine tuo leuabo manus meas: sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Plerumq̄ enim per orationis prolixitatez pia deuotio obtundi solet: propterea Ath⁹. vi. cap. dominus ait: Orantes autē nolite multum loqui. Et Augustinus.

Abfit ab oratione multa locutio: sed non de
fit multa deuotio: sed feruens perseveret in
tentio.

Quod est petibile necessarius ad
impetrandum in dominica ora-
tione conclusum est. **Capitulum**
tertium.

Ertio vero excellit hec oratio sacra
in utilitate seu fecunditate: quia quicquid
est petibile et necessarium ad
impetrandum in istis septem petitionibus con-
tinetur. **Q**uod quidem sic patere potest. **O**mne enim
petibile aut est pro bonis adipiscendis: aut pro
malis amouendis: aut ad confirmationem vtrius-
que. **P**rimo si est pro bonis adipiscendis pro se
et pro alijs: aut est bonum glorie: aut est bo-
num gratie: aut bonum nature ad quod re-
ducitur bonum fortune. **P**rimo enim petimus
bonum glorie. ibi. **A**duentat regnum tuum
secundo bonum gratie. ibi. **F**iat voluntas tua: sicut
in celo et in terra. tertio bonum nature. ibi. **P**a-
nostrum quotidianum da nobis hodie. **S**e-
cundo pro malis amouendis pro se et pro alijs.
Est autem malum triplex. **Q**uod tenet ratio-
nem preteriti: quoddam presentis: atque quoddam
futuri: siue quoddam est malum culpe siue trans-
gressionis quoddam est malum pene siue tem-
ptationis: quoddam est malum pene siue tri-
bulationis. **P**rimum petit amoueri in dimissio-
ne debitorum. secundum in victoria temptationum
tertium in liberatione a pressura delictorum ad-
uersorum. **T**ertio ad confirmationem seu ad
consummationem vtriusque. scilicet boni adepti et
mali amoti pro se et pro alijs. **S**equitur septi-
mum quod tertium est in ordine primum. scilicet sancti-
ficetur nomen tuum. **T**unc autem vere sanctifi-
catur nomen dei in nobis: quoniam et bonum neces-
sarium obtinetur: et omne malum penitus amo-
uetur. **P**ensate ergo diligenter dilectissimi fra-
tres: quia sunt in hac oratione dominica sacra-
mentum: quod multa: quod etiam magna. **I**n superius breui-
simo collecta ut nihil omnino pretermittimus
sit quod in huius celestis ac diuine orationis
compendio comprehendat. **U**nde Augustinus
Quocumque alia verba in oratione dicamus: nihil ali-
ud dicimus quam in illa oratione positum est:
si recte et congruenter oramus.

Articulus secundus. **Q**uod triplex
christi beniuolentia est in exor-
dio diuine orationis.

Secundo consideremus dominice
orationis beniuolentiam. **T**riplex
enim in exordio huius orationis a deo
uero oratore beniuolentia capta-
tur. **P**rimo ex parte rogati cum dicitur pater.
secundo ex parte rogantis cum dicitur noster.
tertio ex parte assensorum rogati cum dicitur
qui es in celis. etc.

Quod triplici ratione dicimus deum
patrem. **C**a. i.

Primo enim capitur beniuolentia
ab orante ex parte rogati: cum di-
citur. **P**ater. **D**ocet etiam christus
quomodo possimus patris aures
beniuolam inclinare cum dicere decet pater:
ut recolamus quod deus ipse est pater. **P**rimo
ratione creationis. secundo ratione redem-
ptionis. tertio ratione glorificationis. **P**ri-
mo inquam recolamus quod deus est pater ratione
creationis. **F**ecit enim hominem ad imagi-
nem et similitudinem suam: ut dicitur **Genes.** i.
capitulum. et **Deutero.** xxxij. scriptum est. **H**un-
quid non ipse est pater tuus qui possedit te et
fecit et creauit te. **S**ecundo recolamus quod ipse
est pater ratione redemptionis. **U**nde **Job.**
iij. **S**ic deus dilexit mundum: ut filium suum
unigenitum daret. scilicet in precium redem-
ptionis nostre. **E**t iterum **Job.** i. **Q**uotquot
autem receperunt eum dedit eis potestatem
filios dei fieri his qui credunt in nomine eius.
Unde **Augustinus** ait. **H**unquam inuenitur pre-
ceptum in veteri testamento quod orationi pre-
mitteretur. **P**ater noster. sed solum christia-
nis. **A**lijs quidem dominus: nobis enim man-
datur ut dicamus. **P**ater noster. quia per spi-
ritum adoptionis christo mediante suscepimus:
ut sicut deus noster pater est creatione
sic sit pater singulari dilectione et consolatio-
ne. **P**ater nomen est dulcioris amoris. **Q**uia
secundum **Augustinum.** hoc nomine patris chari-
tas excitatur. **U**nde **Hiere.** iij. ipsemet pater
ait. **S**altem a malo voca me pater meus: dum
virginitatis mee tu es. **E**t iterum **Chrysostomus.** in-
quit. **P**atres se magis voluit dici quam dominum
ut fiduciam daret impetranti: quia serui non
semper impetrant. **E**t **Bernardus.** **O**ratio que pa-
terno dulcescit nomine omnium petitionum
nostrarum impetrandarum fiduciam mihi
prestat. **Q**uia secundum **Chrysostomum.** tanti muneris gra-
tiam consecuti sumus: ut non solum serui:
sed filij efficeremur: quoniam filij agere. id est. perferari

debem⁹ vt id nos esse q⁹ dicimur in speciali actu pbem⁹. Tertio recolam⁹ q⁹ ipse sit futurus pat⁹ rōne glorificationis. qz oim beatorū p gloriā pater erit. cū clara facie videbim⁹ ei⁹ pulchritudinē. possidebim⁹ ei⁹ maiestātē. atq⁹ plenissime t⁹ cōpletissime diligem⁹ t⁹ pfruemur ei⁹ suauitatē. qz sicut ps. testat. Gloria h⁹ est oimib⁹ sanc⁹ eius.

Qad triplicē dilectionē oim creatorū cū dicimus noster aīa⁹ dilatamus. **Ca. secundū.**

Secūdo capta⁹ beniuolētia ex pte rogantis cū dicit n⁹. nec dicimus me⁹ qz soli xpo hoc dicere competit. qui dei ē fili⁹ p naturā. Dicim⁹ aut noster vt ad triplicē naturā creatā p dilectionē ppter amorem dei aīa dilatet. **Primo** ad naturā spūalē. scdo ad naturā rōnalē. tertio ad naturā corpālē. **Primo** aut orādo t⁹ dicit. **Pater n⁹**: habet aīa dilatari ad naturā spūalem. i. ad totā multitudinē spirituum beatorū q⁹ nobiscū sunt omnes filij dei. **Iuxta illud Job. xxxvii.** Quis deiecit lapidem angularē terre cū me laudaret astra matutina: t⁹ iubilaret omnes filij dei. **Lapis** at angularis est xps sicut ipemet ait **Matth. xxj. ca.** **Hūc** legis in scripturis. **Lapidē** quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ est in caput angularē. **Hūc** lapidē tunc deus deiecit cū angelis p reuelationē incarnādum xpm eē ostēdit: de quo ipm laudabant astra matutina. i. angeli creati. t⁹ iubilabant omnes filij dei. i. angeli t⁹ beati. **Ex hoc patz.** q⁹ angeli etiā sic t⁹ nos filij dei denoiant: ad quorū amorem tanq⁹ ad fres orādo aīa dilatā. **Secūdo** xō cū dicim⁹ noster habet p charitatē anima dilatari ad naturā rōnalē. i. ad totū humanū gen⁹. scz vt duplex amoris pceptum cōpleat. videlicet dei cū dicimus pater: t⁹ primi cū pluraliter dicim⁹ noster t⁹ nō me⁹. **In his duob⁹** mandatis tota lex pendet t⁹ pphe. sicut scribitur **Matth. xxij.** **Ex hoc em** oīa nra mag⁹ exaudibilis ē. **Uñ Chrys.** **Libēter** audit de⁹ quādo xpian⁹ nō solū p se orat. s⁹ etiam p primo pro se em orare nature ē. p altero gfe: **Pro** se orare cogit necēitas: p alio charitas. **Dul-** cior est aut oīa aīa deū. quā nō necēitas mittit s⁹ quā fraternitatis charitas pmittit. **Uñ Jaco. vlt.** scrip. ē. **Orate** pinuicē vt saluem⁹. **Hinc** vtiq⁹ ē q⁹ dñs iesus xps vnitatē t⁹ pacis amator t⁹ doctor puatim noluit pcez fieri. vt quicūq⁹ pcat. nō tm p se fundat orationem. sed p toto pto oret. **Unde** in tota hac oratio

ne docuit semp pluralit⁹ loqui. sicut manifeste apparet in vltimis quattuor petitionibus hui⁹ sanctissime orōnis. **Hinc Gre⁹. xxy. moral.** inquit. **Quisquis** intercedere p alijs nititur sibi potius ex charitate suffragat. t⁹ p se mēpō citi⁹ exaudiri meret quāto deuotius p alijs intercedit. **Hinc ps. ait.** **Et** oīa mea ī sinu meo pueret. **Tertio** quoq⁹ cū dicimus n⁹ ad naturā corpalem ex abundāti creator dilectione p amorem aīa dilatā. tm quia amore dilecti omnia diligibilia sunt. tum quia fm **Aug.** **De⁹** creauit omnia ppter hoīem et hominē ppter se.

Qad triplicē varietatē celozū in quibus habitat deus cū oramus ē aīa subleuāda. **Ca. tertiu**

Tertio capta⁹ beniuolētia ab orante ex pte assensorū rogati cū dicit. qui es in celis. **In triplici** aut varietate celozū dicit eē deus. **Primo** in celis nature. scdo in celis gfe. tertio in celis glorie. **Primo** em d⁹ eē in celis nature. id ē in corpālibus celis. vt altitudo sui eē nobis sensualib⁹ ingerat p exntiā eius in altissimo loco etiā corpali. ac p celozū eminentiā refulgentiā t⁹ influentiā. p⁹is eminentiā. filij refulgentiā. t⁹ spūssanci influentiā. a quo omne datum optimū t⁹ omne donū pfectū descendit clarior cognoscat. sicut ps. ait. **Celi** enarrāt gloriā dei. **Secdo** esse d⁹ in celis gfe hoc ē in iustis in qb⁹ habitat de⁹. **Primo** p fidē **Eph. iij.** **Habitare** p fidē xpm ī cordib⁹ v⁹is. **Secdo** p dilectionē. i. **Job. iij.** **De⁹** charitas ē t⁹ qui ma. in cha. in dō ma. t⁹ deus ī eo. **Tertio** permāditorū impletionē. **Job. xiiij.** **Si** q⁹ diligat me s⁹monē me. ser. t⁹ p⁹ me⁹ dili. eum t⁹ ad eū ve. t⁹ mās. apud eū faciem⁹. **Tertio** d⁹ esse in celis glie videlicet in beal. in quorū intellectu ē p clarā visionē. i. memoria p certā possessionē. in volūtate p cōsummātā dilectionē sicut **Esa. xlvj.** dñs dicit. **Dabo** in syon salutem t⁹ in israel gloriā meā. **Ex hoc em** fiducia nobis auget cū t⁹ ipi solliciti sunt p nob orare deū. inter quos supeminētissima ē virgo glorioza maria. **Possumus** etiā ad altiorē intelligentiā intellectū spūaliter subleuare. vt p eē ī celis velit deū ostēdere eē in altissimis sue nature pprietatib⁹ oimib⁹ creaturis incōphensibilib⁹ t⁹ celatis.

Articulus tertius in quo septē petitiones orationis dominice p ordinē declarantur.

Tertio xō considerem^o dñice ofonis cōtinētā. Et licet alit in supioribus distincta sit. tñ p clariozi z faciliozi itelligētia aliter ordinē. Nam prime tres ordinant aiām ad ipm deū. Quattuor xō sequētes specialitē respectū habent ad hominis delectū. Per tres aut primas ordinat ad ipsuz deuz animā. et hoc dupliciter. Primo quidē p gratiam. scō xō p gloriā. Primo em̄ in deum ordinat p gratiā. z hoc tripliciter. Prio itelligētia p fidem. Secūdo memoria p spes. Tertio xō voluntas p charitatem.

Petitio prima de triplici sanctificatione nois dei. Ca. primū

Primo em̄ ordinat ad deū humanus intellect^o p fidē. Et hoc docet dñs postulare in prima petitione cū dicit. Sanctificet nomē tuum.

Triplīciter em̄ per ipsaz sanctificat in nobis nomen dei. Primo p dei cognitionez. scō p nostri sanctificationē. tertio p primi edificationem. Primo quidē p dei cognitionē. Nomen em̄ a notamine dictū est vt notamē ablato ta. p syncopam dicat nomen. Cū z nomen noticiam designat. Nomine etiam res quelibet cognoscunt. Oramus igitur dicentes. Sanctificet nomen tuū. id ē. da domine plūmē fidei itelligere sanctitatē tuam. vt p hoc te summū bonū iam cognitum diligam^o toto affectu. atq; honoremus z colamus omni conatu. Secūdū aut hunc intellectum ait Aug^o. Sanctificet nomen tuū. id ē. sanctum innotescat vt nihil sanctius extimetur. Scō sanctificat in nobis dei nomē p nostri sanctificationē. Cū em̄ cognouerim^o deū sanctitatē infinite necesse vtiq; ē vt z hoc refectur sanctitas vite quod iam facere vel sentit lingua itelligere. aliter esset fides mortua z informis sicut testat^o Iacobus. ij. canoñ. sue dicēs. Fides sine opibus mortua ē. Tū ergo nomē dei sanctificat in nobis cum sanctitatē p nos in eo cognita mutatur. Et ad hoc hortatur dñs Leuit. xj. di. Sancti estote qm̄ ego sanctus sum. Hinc aut Chrys^o. ait. Sanctificam^o deum in nobis: qm̄ sciētes cū sanctū timem^o z sollicitē vigilam^o ne forte violem^o sanctitatē nois eius p opa mala: sicut q̄ p̄clara veste indutus est fugit om̄em rem sordidaz ne pdat grām candoris. Tertio sanctificat nomē dei in nobis p primi edificationē: vt sicut christiani vocamur nomine. sic virtutem christiā tatis mōstrem^o p exemplū in ope. Cū Abat. v. c. p̄cipit dñs dicēs. Sic luceat lux vestra co-

ram hominibus vt vide. opave. bona: z glō. pa. ve. qui in celis ē. Hoc em̄ ē primū z summum q̄ mens christiana petere debet q̄ in se laudes dei factura atq; glōrificet ille qui fecit eam.

Petitio secunda de triplici regno dei. Ca. ij.

Secūdo xō p spem nostrā memoria ordinat in deū: quod postulamus in secūda petitione dicentes.

Adueniat regnū tuū. Triplex ē regnū quod p spes aduenire a dño postulam^o. Primo ē regnū cōsciētie. secundū ē regnum ecclie. tertiu ē regnū glorie. Primo em̄ petimus aduenire regnum cōsciētie cum dicim^o. Adueniat regnū tuū. i. regnet in nostra conscientia amor tu^o. Iusticia nempe p̄mum in nobis pficit: cū quadā difficultate cōpellen^o te nos ip̄o dei amore tandē reddi^o nobis nō solum facilis: s̄ z delectabilis. Et ideo regnat in nobis amor dei p iusticie libertatem quasi in pprio suo regno. Et de hoc Apo^o. j. cap. scrip. est. Fecisti nos deo nro regnum. Et dominus Luc. xij. Regnū dei intra vos est. Et iterū. ij. Corinth. j. apostol^o ait. Gloria nra ē testimoniū cōsciētie nre. Secūdo postulamus aduenire regnū ecclie. i. visita defensa atq; dilata ecclēsiā tuam vt amons p̄secutoribus tyrannozū hereticozū ac falsozū fratruz in vera tranquillitate seruiēdo tibi in nobis cū gloria regēs. De quo regno Ap̄s. xiiij. c. ad Rhoma. inquit. Nō est regnū dei. i. sancta ecclia esca nec etiā potus: s̄ iusticia z pax z gaudium in spirituscō. Tertio poscimus aduenire regnū glorie dicētes. Adueniat regnū tuū. quia sicut ps̄ testat^o. Regnū tuū regnū omnū seculozū. z dñatio tua in generatione z generationē. Cū iuxta illud Sapies. Iusti regnabūt cū deo in secula seculozū. Amē.

Petitio tertia de triplici voluntate dei cui petimus conforari. Ca. iij.

Tertio ordinat in deū humana voluntas p charitatē. Et hic poscimus cum dicim^o. Fiat voluntas tua sic in celo z i terra. Tria siquidē vult deus in nobis. Primo vitz reformationem nature. scō multiplicationem gratie. tertio consummationē glorie. Primo inq; vult reformationē nature que a p̄ma sua institutione p culpam reformatā est: z iuxta hanc primam dei voluntatem hec petitio tripliciter ex-

ponitur. **Primo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. id est sicut fit in syderibus quae semper malum refugit et ad bonum stimulat et inclinatur sicut fit in conscientia nostra per expulsionem mali et dilectionem boni. **Secundo modo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est sicut fit in ratione que semper appetit bonum: sic etiam fiat in sensualitate que semper bonis omnibus aduersatur et appetit malum: sicut apostolus Gal. c. v. testatur. Caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. **Unde Cyprianus.** Idcirco quotidianis imo continuis orationibus hoc precamur in celo et in terra voluntatem dei circa nos fieri: quia hec est voluntas dei ut terrena celestibus cedant et spiritualia et diuina preualeant. **Tertio modo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est sicut voluntas tua fit in iusto: sic etiam fiat in peccatore. Nam secundum Augustinum. Voluntas equidem dei est peccatoris salus. **Iuxta illud Ezech. xviiij.** Nunquid voluntas mee est mors impij: et non magis ut conuertatur et viuatur. **Oramus** igitur ut sancta voluntas eius in peccatoribus consequatur effectum per adiutorium suum. **Secundo vult deus** in nobis multiplicationem gratie. Et secundum hoc etiam tripliciter exponatur. **Primo modo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est sicut voluntas tua fit in celo cui spiritualis influxus et infusio gratie sic fiat per executionis effectum et subsequente opere. **Secundo modo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est sicut voluntas fit in desiderijs sic fiat in voluntatibus. **Iuxta illud psalmus.** Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. **Tertio modo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est sicut fit tua voluntas in celo materiali et omnia tenent ordinem et cursus suum in pace: sic et in terra in omnibus seruetur pax et concordia: ita ut ab omnibus cognoscatur que sit voluntas tua bona beneplacens et perfecta: sicut apostolus ait ad Romanos. xij. **Tertio vult deus** in nobis glorie consummationem. Et secundum hoc etiam tripliciter declaratur. **Primo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est secundum Augustinum: sicut in angelis sic etiam in hominibus. **Et Isaac** in collationibus patrum. Non potest esse maior oratio quam optare ut terrena mereantur celestibus adequari. **Non** quidem est aliud dicere. **Fiat voluntas tua** sicut in celo et in terra quod ut fiant homines similes angelis: et sicut voluntas dei ab illis impletur in celo: ita etiam hi qui sunt in terra: non suam sed eius vniuersi faciant voluntatem. **Secundo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. id est sicut fit in

celo assumpte nature: ita sic fiat in terra imitatis nostre qui eius. scilicet sumus membra. **Tertio modo.** Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: hoc est sicut in tuo celato et eterno consilio est dispositum et ordinatum et factum: sic fiat in terra id est in omni creatura que respectu tui est terra per extrinsecum opus.

Secunda expositio predictarum trium petitionum. Ca. iij.

Quarto autem ordinatur anima in deum per gratiam. Et secundum hoc predictae tres petitiones aliter possunt exponi secundum anagogicum intellectum. **In**

prima enim petitione poscimus intellectum illuminari visione summe veritatis in qua vere ac clare nomen dei sanctificatur: quia videbimus eum sicuti est: ut dicitur. j. Job. iij. **In** secunda parte poscimus memoriam quietari possessione summe maiestatis quod quidem nos efficit reges: sicut Apoc. c. j. scriptum est de christo. Qui est primogenitus mortuorum et princeps regum terre. **Et** hoc postulamus cum dicimus. **Adueniat regnum tuum.** **In** tertia vero petitione petimus nostram in dei voluntate totaliter transformari fructione summe bonitatis: et fit in nobis voluntas dei sicut in celo anime sic in terra corporis iam beati: quia sicut dicitur Job. xxij. Tunc super omnipotentem delicias afflues.

Petitio quarta de triplici pane quo indigemus a domino subueniri. Ca. v.

Quattuor autem petitiones sequentes habent specialem respectum ad nostrum defectum. Nam ad tria predicta secundum quod ordinant animam ad deum per gratiam siue per gloriam duplicem habemus defectum. **Primus** est impotentia quia ad ipsam ex nobis non possumus pervenire. **Secundus** est malicia quia illa conamur impugnare. **Contra** primum qui est impotentia est quarta petitio ideo auxilium postulamus dicentes. **Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.** **Triplex** enim panis ad predicta indigemus. **Primo** panis corporali. **Secundo** panis spirituali. **tertio** panis sacramentali. **Primo** solum per corpus indigemus. **Secundo** solum per animam. **tertius** vero quodammodo est necessarius pro utroque: quod spiritualiter et sacramentaliter manducatur. **Primo** inquam indigemus panis corporali ideo postulamus dicentes. **Panem nostrum.** etc. **In** qua petitione quicquid est necessarium humano corpori postulat. **Sed** quia qui tetigerit picem co-

Feria. v. post cineres

inquinabit ab ea: vt dicit **Eccī. xij.** **I**so sub necessitatis pallio ne rebus temporalibus implicemur atq; frenis inficiamur docet in desiderio terrenorū. s. vitia euitare. **P**rimū ē superfluitas que apostatare facit a deo. i. ab oī bono. **U**n̄ **Deutl. xxxij.** **D**an fluet largit̄ ex basan. **P**an em̄ cā z basan pinguedo interpretat̄: quia ex superfluis cā data multi piclitatur. **P**ropterea **Sapīcs. Prouerb. xxx. c.** orabat dī. **T**m̄ victui meo tribue necessaria: ne forte fatiat̄ alliciar ad negandū: p̄pterea petē docemur panē. **S**cōm ē rapacitas que ex desiderio superfluorū sequi solet: ideo dicit nostrū nō alienū: quod quidē est oīne illicite acq̄situm. **T**ertū est anxietas. **R**ic̄ em̄ pleriq; abstineant ab illicitis lucris: rari tñ effugiūt superflua z indefessam sollicitudinē terrenorū lucrorū. **U**n̄ ne in longū nimis desideria petitionis nostre velim̄ extendere: z cōtra phibitionem dñi. **M**atth. vj. de crastino cogitare ait quotidianū nō ad multos annos in horreis z cellarijs vbi suat̄: de quo multi pauperes alij possent viuere cū eis superflua debeant. **Q**uotidianū panis nihilominū dici pōt quicq; p loco z tempe discreta z debita sollicitudo referuat. **Q**uartū est arrogantia: sūt nāq; pleriq; qui diuitias quas possidēt suorum vel suorū laboriz sollicitudini ac industrie gloriā tribuēt̄es obliuiscunt̄ illas se suscipisse a deo rapinā cōtra dei gloriā arbitantes. **C**ōtra quos subdit **Dauid. s. tu cui** sunt vniuersa: qz vt p̄s. testatur: **D**omini ē terra z plenitudo eius. **D**a inq; tanq; tuū tu q; das escam oīni carni. **Q**uintū est tenacitas que q̄dem ex p̄cedenti arrogantia ortū habet. **C**ū em̄ homo diuitias suas labori suo ac industrie tribuit oīnis diminutio substantie sue q̄si exinanitio aīe sue ē: p̄pterea ad retinēdas diuitias yngulas curuas habet z miluus ex cupiditate factus semp corde ore z ope clamat nio nio nio. **C**ōtra quod dñs docet orare ac dicere nobis non mihi: **U**n̄. xlvij. di. c. sicut. **E**surientiū panis est quē tu detines: nudorū vestimentū est quod tu recludis: miserorum redemptio z absolutio ē pecunia quā tu i terra abscondis. **S**extū est longeuitas seu imortalitas. **S**ūt etem̄ quidā qui sicut nunq; mori vellent: sic semp se victuros esse existimant totoq; affectu terrenis imersi p̄sens seculum vanū z naufragijs plenū sibi cōstituunt paradisum. **C**ōtra qd dicit dñs **hodie. q. d. petite** que necessaria sunt ad p̄sens temp̄ quia nescitis quid vobis supuentura periat dies. **S**ecundo indigem̄ pane spūali. **E**t hunc pe-

De dñica oratione

timus dicētes. **P**anē nostrū. zc. **M**atth. iij. **N**ō in solo pane viuit homo sed de oīni verbo qd p̄cedit d ore dei. **U**n̄ **Aug.** inq; **S**icut nullū est mar̄ signū p̄destinationis et̄ne: q̄ dei verba libēter audire: sic nullū peius ē signum q̄ illa cōtempnere. **I**so **Jo. viij.** scriptum est. **Q**ui ex deo est verba dei audit: p̄pterea vos nō auditis quia ex deo non estis. **T**ertio indigemus pane sacramentali qui q̄ die p̄fici in altari. **P**etimus ergo vt sic istuz accipim̄ in sanctissimo sacramēto: ita nobis proficiat ad salutem: sicut **Joh. vj. c.** scrip est. **Q**ui māducauerit ex hoc pane viuet i cōtū.

Petitio quinta. **T**riplex ratio quare homo parcendo offendētibus consequitur remissionem suarum offensionum. **C. a. vj.**

Secūdus defectus ne gratiā z gloriā cōsequamur est malicia. **E**t h̄ quidem triplex est. **P**rima videlz tenet rationē p̄teriti: z hec est malicia culpe seu transgressionis. **S**ecunda tenet rationē p̄sentis: z hec est malicia pugne seu temptationis. **T**ertia tenet rationē futuri: z hec ē malicia pene seu tribulationis. **P**rima q̄des malicia q̄ tenet rationē p̄teriti est malicia culpe seu trāsgressionis: p̄pterea in hac petitione oramus. **D**imitte nobis debita nostra sic z nos dimittim̄ debitorib; n̄ris. **I**n qua quidem petitione hac nos certa cōditione z spōsione cōstringit: vt sic nob; dimitti debita possulemus: s; q; z ip̄si dimittim̄ debitorib; nostris scientes impetrare qd petim̄ p peccatū nō posse nisi z ip̄i circa peccatē in nos paria faciamus. **S**ed forte mirant̄ quidā quare h̄ plus attribuāt actui istū dilectionis q̄ ceteris alijs actib; virtuosis: cū magis attribuendū eē videat̄ actui orōnis v̄l cuiusq; actui charitatis deo imediate vnitiuo. **A**d quod dicēdū ē licet charitas p̄mū ad oīnes actus sibi necessarios h̄ac remissionē impetret seu hoīem viuificet: christus tñ attribuit ei p̄ncipium ad p̄dictū misericordie actū. **E**t hoc ex triplici ratioe. **P**rimo p̄pter eius excellentiā. **S**ecundo p̄pter ei; correspondentiā. **T**ertio p̄pter ei; experientiam. **P**rimo inq; p̄pter ei; excellentiā vt ostendat̄ singularitatem eius: z q; singulariter deus actū istū dilectionis p̄cipue exigit z acceptat. **I**n cui; mysteriū p̄ter z exemplum christus in cruce pendēs cūctis alijs p̄posuit illud verbū. **L**uc. xxij. **P**ater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. **S**ecundo attribuit ei hoc p̄pter eius correspondentiā

habet enim quandam condignitatem et proportio-
nabilitatem correspondentie mutue et decen-
tis: quia indulgere et indulgentiam impetra-
re sibi in mutuo correspondent: sicut **Matth. v.**
in beatitudinibus meriti ad premia varias cor-
respondentias dominus assignauit. **Unde Aug^o.**
In manibus nostris et nostro arbitrio posu-
it deus unde saluemur et damnemur. **Dimit-**
te et dimitte tibi: si non dimiseris nec deus di-
mittere tibi. Ineffabilis est eius clemencia qui
neminem vult perire: visus breuem salutem in-
ueniendi ostendit. **Et Lyprian^o.** Excusatio ti-
bi nulla est in die iudicii cum secundum tuam sententi-
am iudicaris et quod feceris hoc ipse patieris. **Ter-**
tio hoc illi attribuit propter eius experientiam hoc
est ut ostendat quod in presenti vita operis actus
per in deum absolute refertur non utique est pro-
fectus ac per consequens nec deo perfecte gratus
nisi ad dilectionem proximi usque ad inimicos et
usque ad indulgentiam offensarum si patenter ex-
tendat: de quo utique per scripturas ait. Omnis consum-
mationis vidi finem latum mandatum tuum nimis.
Quia enim deus inuisibilis est: proximus autem
visibilis: quia etiam quidam actus diuini amo-
ris sepius habent nimis falsam similitudinem
puri et sinceris amoris quod habeat actus quo-
quis ex corde iniurias parcat et amplectitur ini-
micos: idcirco vult deus quod veritas sui amo-
ris in homine visibili comprobetur qui tanquam dei
imago nobis proponitur loco eius et in quo sen-
sibilis et infallibilis probari potest si ho-
mo vere diligit deum saltem in illis actibus
qui sensibilibus nostre nature repugnare vi-
dentur.

Petitio sexta de triplici tempta- tione. **Ca. vii.**

Secunda quidem malicia ne. scilicet gra-
tiam et gloriam consequamur est ma-
licia pugne seu temptationis. Et h-
tener rationem presentis. Et per hac
sexta petitio subinfertur cum dicitur. Et ne nos i-
ducas in temptationem. Non enim dicimus non per-
mittas nobis fieri temptationes: quod quidem
esset obdormitio virtutum atque euacuatio meri-
torum. Nec in super poscimus: mitte nobis tem-
ptationes quod esset presumptio meritorum:
sed humiliter postulamus dicentes. Et ne nos
inducas in temptationem: hoc est si permittis nos
duci ad temptationem ut excitemur: non tamen
permittas per consensum induci ne sepemur. Tri-
plex siquidem est temptatio in qua perimus
nos non induci. Prima datur a carne. secunda a dia-
bolo. tertia vero a mundo. Prima quidem da-

tur a propria carne. **Dupliciter enim temptat ca-**
ro. Primo retrahendo a bono. secundo incli-
nando ad malum. Primo quidem retrahendo a
bono. Spiritus enim de sua natura semper inclina-
tur ad bonum: sed caro infecta illi continue ad-
uersatur. Unde apostolus **Rhoma. vii. **Condelector****
legi dei secundum interiore hominem. etc. Et **Sap.**
ix. scribitur. Corpus quod corrumpitur aggrauat
animam. Et grauis sit talis temptatio ostendit
Greg^o. cum inquit. **Natura pestis efficacior sit**
ad nocendum quam familiaris inimicus. etc. Secun-
do autem temptat caro inclinando ad malum cum
semper inclinet et querat illecebras voluptatis
Et de hoc **Jaco. i. c. inquit. unusquisque repta-**
tur a concupiscentia sua. Secunda vero tempta-
tio datur a diabolo sicut. i. canon. sue. v. c. pe-
trus ait. Aduersarius vester diabolus t. l. r.
cir. q. q. de. c. re. f. in fide. Dupliciter enim nos
temptat aduersarius noster. Primo alluciendo.
secundo intrinsecando. Primo quidem alluciendo et
maxime sub specie boni ut saltem curuetur mens
a rectitudine virtutis. **Uti. ij. Corinth. xi. apostolus**
ait. **Sathanas transfiguratur se in angelum lu-**
cis. Secundo autem intrinsecando. scilicet ne mens que ce-
cidit a peccatis resurgat. **Ibo Job. xl. scrip-**
est. **Merui testicularum eius proplexi sunt. **Ter-****
tio quoque temptat mundus ad hoc in duplici
modo. Primo per aduersitatem. secundo per
prosperitatem: atque in decuplo plus per prosperita-
tem quam per aduersitatem. sicut per scripturas ait. **Cadent a**
latere tuo mille et decem milia a dextris tuis.
idem a prosperis tuis.

Petitio septima de triplici mo- do liberationis a malo **Ca. viii.**

Tertia malicia tenet rationem futu-
ri. Et hec est malicia pene seu tri-
bulationis. Et per hac septima peti-
tio annotatur cum dicitur. Sed libera nos a malo.
Tripliciter autem a malo pene petimus liberari. Pri-
mo ei petimus liberari per supportationem. secundo per con-
solationem. tertio per obliuionem. Primo enim
petimus liberari per supportationem a malo tri-
bulationis et pene. Cum enim dicat apostolus. **viii.**
c. ad **Rhoma. **Et diligentibus deum omnia coop-****
erant in bonum: hic est quod iustis omnia aduer-
sa per supportationem et patientiam conuertuntur
in bonum: propterea non oramus libera nos a
tribulatione et pene sed a malo: quia aduer-
sitates conuertuntur iustis ad gloriam et coronam
Cetera nempe virtutes virtutis utuntur homines bo-
nis sed patientia virtutis eius malis. **Hinc. ij. Co-**
rinth. iiii. apostolus ait. **Tribulationem patimur**
et sustinemus. Secundo per consolationem. **Uti**

Feria. vi. post cineres

ij. Corinth. i. ap[osto]lus de d[omi]no ait. Qui consolatur nos in omni tribulatione n[ost]ra. Et ibidem iterum inquit. Sicut abundat passiones christi nobis ita per christum abundat consolatio n[ost]ra. Et Bern[ardus]. Qui abundat tribulatio n[ost]ra pro d[omi]no t[ame]n abundat consolatio n[ost]ra per eum. Tertio per obliuionem que maxime ex sp[iritu]alibus consolationibus sequi solet. Hinc Proverb. xxxj. c. salomon ait. Date sinceram mercedem et vinum his qui amaro sunt animo: bibant et obliuiscantur egestatis sue et doloris sui non recordentur amplius. Sp[iritu]alis nempe leticia denotata in vino: sic humanam mentem absorbet ut omnem egestatem atque dolorem quem in mundanis varietatibus et necessitatibus patitur pro nihilo reputet et illud faciat obliuisci. Atque verificat quod Joseph Gen. xxij. de se testatur est d[omi]ni. Obluisci fecit me deus laborum meorum. In fine vero orationis d[omi]nice conclusio subinfertur. Amen in quo est oratio adimpletionis omnium predictorum. Et s[ecundum] Hieronimum. est signaculum d[omi]nice orationis. quod concludendo dicamus Amen. id est fideliter ac vere fiant nobis gratie postulate: ut per eas consequamur mereamur ad gloriam sempiternam. In qua d[omi]nus iesus christus cum patre. s. s. vi. et regnat in. s. s. Amen.

Feria sexta post cineres de elemosyna. Sermo. vij.

E autem faci

ente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Matth. vi. Postis in precedentibus duobus operibus satisfactorijs. scilicet ieiunio et oratione: nunc vero merito subdi debet de tertio quod est elemosyna: quod quidem pro auaricia satisfacit: et per hanc ordinant temporalia bona ad corpus humanum ex dilectionis amore. De ipsa igitur d[omi]nus ait. Te autem faciente elemosynam ne. si. t. q. f. d. t. Scdm enim Chrysostomum. per superabundantiam vel hyperbolice locutus est d[omi]nus. q. d. Si possibile esset te et tuas manus latere operum tuum conari deberes ad occultandum tibi et tue manus: ergo ex hoc optime exaggerat ista diligentia et cautela sit operum bonum omni humane glorie abscondendum. Hilomino p[ro]p[ri]e designauit esse in homine duplicis intentionis aspectum: vnus est sinister aspiciens ad ista exteriora. secundus est dexter aspiciens ad eterna. Hi autem utriusque manus comparantur: quia sicut operamur per manus atque largimur dona: sic per intentionem facimus regimus et largimur opera nostra. Innuere igitur in

De elemosyna

tendit quod elemosyne opus et quecumque alia opera virtuosa recta intentione incepta nullatenus retorquenda sunt ad intentionem sinistra: imo totaliter abscondenda ab illa. Et ibi ostendit tertia religiositas. scilicet largiendi elemosynam sine intentione corrupta. Circa quam tria consideremus. Primo elemosyne descriptionem. secundo elemosyne conditionem. tertio elemosyne gratificationem seu mutationem.

Articulus primus in quo per descriptionem quid sit elemosyna declaratur.

Primo enim consideremus elemosyne descriptionem vel definitionem id est quid est elemosyna. Solet autem quibusdam sic describi. Elemosyna est opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter deum. Dicitur enim elemosyna ab eo quod est verbum grecum: et est idem quod misereor: cuius impatius est eleyson. id est misereor: a quo eleos. id est misericordia. et inde elemosyna. id est misericordia. Et dicitur elemosyna ab eley quod est deus et moyses quod est aqua. quasi aqua dei. misericordia autem miseris necessaria est. Sicut enim ex nature instigatione quilibet miseriam a se expellit in quantum potest: ita qui misericors est a primo suo miseriam amouet illi subueniendo et bona sua communicando. propterea in descriptione dicitur quod est opus in quo aliquid datur indigenti ex compassione: nec tamen talis communicatio meritoria est nisi propter diuinum amorem fiat. Vel clarius dici potest quod in predicta descriptione tanguntur quatuor que ad perfectionem elemosyne requiruntur. Primo tangitur miseriam que motiuum misericordie est. id est ibi datur indigenti. Secundo misericordia que nascitur in nobis ex miseriam aliena: ideo addit ex compassione. Tertio effectus in releuando alienam miseriam: propterea subdit opus in quo aliquid datur. Quarto est intentio recta in deum et datur elemosyne rationem mercedi. Talis tamen definitio pertinet ad elemosynam prout significat ipsam rem datam.

Articulus secundus de septem conditionibus secundum quas elemosyna debet dari.

Secundo autem circa elemosyne conditionem considerandum est in dando exemplum Zachari qui Luc. ix. ca. ait ad d[omi]num. Ecce dimidium bonorum meorum d[omi]ne do pauperibus. In quibus sanctissimis verbis ponuntur septem conditiones quas habere debet elemosyna ut grata sit deo. Pri-

ma cōditio est gratiositas ibi. ecce. secūda largitas ibi: dimidiū. tertia bonitas ibi: bonoz quarta pprietas ibi: meozū. quinta sinceritas ibi: dñe. sexta liberalitas ibi: do. septima pietas ibi: paupibus.

Quattuor reddunt elemosynam gratiosam: et q̄ in vita est danda. *Ca. j.*

Prima cōditio est gratiositas: propterea dicit: ecce. In quo quidem verbo ex quattuor lris composito inuit q̄ ad hoc q̄ elemosyna sit gratiosa quattuor communitates habere debet. Primo iocundū affectū. secundo hilare vultum. tertio suauē verbū. quarto p̄mptum effectum seu modū. Primo etem fieri debet elemosyna cū iocundo affectu: sicut. ij. Corintl. ix. scriptū est. Nō ex tristitia aut ex necessitate: hilare em̄ datorē diligit deus. Iterū q̄q̄ habet in canōn. sac. xv. di. due. Elemosyna que corporaliter datur si sine benigno cordō tribuitur omnino nō sufficit. Secūdo fieri dōz cū hilari vultu. Unde Eccl. xxxv. In om̄i dato hilare fac vultū tuū. Et. c. iij. Congregatiōi pauperū affabile te facito. Tertio cum suauē verbo. Eccl. xvij. Nōne ardorem refrigerabit ros: sic et verbū melius q̄ datur? Quarto cū p̄mpto affectu seu mō. Ad h̄ Eccl. iij. Nō protrahas datū angustiatī. Et Prouerb. iij. Ne dicas amico tuo vadez cras dabo tibi cū statim dare possis. Et Job. xxxj. Si negaui paupi quod volebat et oculos vidue expectare feci. s. sicut faciunt quidā insensibiles et insensari qui paupibus p̄ elemosyna ad ostiū eozum accedentibus diu nihil respondēt: de mum dicunt vadas cū deo: Unde Sen. Nil carius em̄ q̄ q̄ cū multis p̄cibus comparatur. Ista ergo quattuor faciunt elemosynam gratiosam. Et hec exprimunt in h̄ termino Ecce. Sic etiā accipit Esa. xij. Ecce de⁹ saluator meus: quia deus in mundū dñdēs et in elemosynam se nobis paupib⁹ donās h̄ predicta quattuor obseruauit. Hec quoq̄ q̄t tuoz obseruauit etiā quedā deuota mulier q̄ cum esset in ecclesia et missa cantaretur. ibidē accessit ad eam paup quidā nudus frigore et algore grauitur cruciat⁹: pieq̄ sibi elemosynam postulauit: quē cum pia mulier aspexisset: misericōdia mota cogitauit q̄ si iret domū p̄deret missam: si autē missam expectaret paup algore cruciaret⁹: et iocūdo affectu et hilari vultu illi dulciter ait. Dulcissime mi frater expe-

cta modicum atq̄ victa arda necessitate pauperis frigesctis cito ad angulum ecclesie p̄rexit clāq̄ supellectilē exiit paupiq̄ i elemosynam hilariter dedit: missam quoq̄ in eodē passu quo illam cantari dimiserat reinuenit. Ista gratiositas venotata in Ecce inuit q̄ in vita elemosyna maxime fieri debet vt lumen ecclesie morientis pedes p̄cedat non sequatur. Nō sicut faciunt infantuli quidam q̄ de pane vel caseo seu pomo dum comedunt quod volunt demū fastidiri alteri donāt: vel tales similes sunt terreo vasculo in quo auari pueri recōdunt denarios quos hinc inde coadunari possunt: de quo vase nisi frangatur: nequaq̄ extrahi valent: cōtra quos ps̄. ait. Ne timueris cum diues factus fuerit homo. et cū ml. su. glo. dō. ei⁹ qm̄ cum interierit nō su. oia neq̄ de. cum eo gloria eius. Et alibi dormierunt sompnū suum et nihil inueniunt om̄es viri di. in manib⁹ suis.

Quanta largitate debeat elemosyna dispensari. *Ca. ij.*

Secūda cōditio debet esse largitas scz in dando elemosynas: ideo s̄ditur dimidium. Unde Tob. iij. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. Nam nunq̄ ex hoc aliquem ad paupertatem nisi forte ad voluntariam vidimus vel legimus deuenisse: quod ip̄e apostol⁹. ij. Corintl. ix. testat di. Qui parce seminat p̄ce et metet: et qui seminat in b̄dictionibus d̄ b̄dictionibus et metet. Luc. quocq̄. vi. dñs ait. Om̄i petenti te tribue. Sicut ad lram scruauit quidam deuorus dei: qui cū om̄ia dedisset amore christi et p̄pter obseruantiam hui⁹ p̄fecti consilij cū adhuc aliū elemosynam postularent nihilq̄ ei remansisset proiecit se in manus poscentū di. Cum iam nihil ad dandum remanserit: suscipite memetipsum: exēplo christi qui cū om̄ia nobis donauerit finaliter in cruce expansis brachijs nobis obtulit semetipsum. Unde Job. iij. Sic deus dilexit mundū vt filium suū vnigenitum daret. Sed mirabile quidē ē q̄ amplius communiter recipiunt in elemosynis mendicantes a paupibus q̄ a diuitibus: vt manifeste clarescat q̄ ip̄e diuicie insatiabilitatem et ariditatem in avarozū mentibus augmentant. Malum vtiq̄ signum arboris est: cum non fructificat iuxta aquam sicut alie in terra arida.

Quod et si pauperibus elemosyna non sit tribuenda de optimis

Feria. vi. post cineres

tamen dari debet de bonis non de noxijs atq; corruptis. **Ca. iij**

Tertia conditio est bonitas q; pauperibus debet dari nō dicēdo optima sed bona: non corrupta neq; noxiua. **Et d' B** subdit bonoz. **Uñ** **Proverb. c. iij.** scriptū est. **De p̄minijs frugū tuarum da paupibus.** Bonozum etiam inquit: quia temporalia a deo creata bona bonis cooperant̄ in bonum si de illis indigentib⁹ subministrant. **Aliter** em̄ eisdem sunt ad ruinam sicut columpna nimio pondere p̄sa ruat: sed idem pondus diuersis columpnis circumstantibus si cōmode dispensef stabit: sicut apostolus **Gal. vj. c. ait.** **Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi.** **Ut intelligat̄ q; diuitem onera que sunt diuitie et peccata: paupes quodāmodo ferre debent: atq; diuites pauperum obligantur in firmitates et necessitates sustentare.** **Sepe etiam humores supflui sunt ad hominis necefficit et substantia supflua sepius est causa p̄ditionis eterne.**

Que de proprio elemosyna danda est q; impium sit distribuere aliena si certa sunt. **Ca. iij.**

Quarta conditio est p̄prietas. id ē. debet homo dare non de alieno sed de suo: ideo subdit meozum. **Q**uod et se fecisse testat̄. **Job. xxxj. c. dicit̄** **De vellerib⁹ ouitū mearū calefactus est scilicet paup.** **Et Proverb. iij.** **Honora dñm de tua substantia. s. nō de aliena.** **Et Eccl. xxxij.** **Immolauit ex iniquo maculata est oblatio eius** **Et sequitur.** **Qui offert sacrificium de substantia paupis quasi vicimat filium in conspectu patris sui: quod exponit̄. j. q. j. c. nō est putanda.** **Unde dicit̄ quātus etiā sit dolor patris p̄pendamus si in eius cōspectu filius vicimet̄** **Ex hoc facile cognoscit̄ quātū apud deū dolor exasperat̄ qñ ei sacrificiū de rapina tribuitur.** **Et iterū. xiiij. q. v. c. j.** **Nolite velle elemosynas facere de fenore et vsuris hoc est de certis: quia de incertis pōt elemosyna fieri. xiiij. q. v. c. qui habetis. z. c. se.** **Et Psido. de rapinis ac omnibus alienis elemosynā facere non est miserationis officiū sed criminis pōt incrementum: eius quidē criminosis et criminis causa est: quia talis sib̄p̄si occasionem p̄stat ut de peccato p̄ restitutionem exire non valeat.** **Unde talis elemosyna dicit̄ aquilina seu etiam leonina: cōtra hoc. xiiij. q. v. p̄ totū. c.**

De elemosyna

des. que sunt sanctorum exempla vel regula-
rium statuta que sic se habent ad affectus ar-
q; processus humanos: sicut se habent calcia

menta ad pedes: que sic vtiq; pedes arāt q̄
tamen eos ad iter expeditiores reddunt mu-
niunt atq; ornant. Secundū q̄ perficit satisfi-
cationem est nuptiale cōuiuuium: z de hoc sub-
ditur. Et adducite vitulum saginatū. i. chri-
stum virtutibus fortem z gratijs impingua-
tum: z occidite. i. occisum pro illo vt itelligat
saturate z studete atq; ad sumendum domi-
nicū sacramentū inducite. De quo vitulo nō
tantū redemptus homo sed etiam angelorū
cetus cum tota trinitate edunt z epulantur.
Et p̄pterea subdit. Et manducemus z epu-
lemur: sicut. i. Corinth. v. hortatur apostol^o.
Pasca nostrum imolatus ē christ^o: itaq; epu-
lemur. Ad hoc cōuiuuiū hortat dñs. Luc. v.
c. vi. Comedite amici mei z bibite z inebria-
mini charissimi. Et hui^o cōuiuuij rationē adū-
git di. quia hic fili^o meus mortu^o erat. scz per
peccatum. Et reuixit p̄ penitentiam: perierat
scz p̄ amissionem iusticie: z inuērus est. Et iux-
ta preceptum p̄fis ceperūt epulari. Cū no-
ta fm̄ Bedam q̄ non solum filius pro quo vi-
tulus est occisus reficit sed etiam pater z ser-
ui eius: quia refectio dei z sanctorū est salus
peccatorū. Tertium quod pficit satisfactiōis
opus est nuptiale canticum. s. symphonia et
chorus. Et de his subditur fm̄ euangelij te-
xtum in parte tertij principalis. Est enim sym-
phonia fm̄ glo. collectioz concordātia quorū
cūq; sonorū. Et designat leticiam que proue-
nit ex concordia christianorum: sicut Act. iij.
c. scriptum est. Multitudinis aut̄ credentius
erat cor vnum z anima vna. Chorus aut̄ est
collectio vocoz: z signat leticiam aut venit ex
concordia vocum z verborum: in predicādo
z laudādo deum: iuxta illud ps̄. Laudate do-
minū in tympano z choro.

**Articulus tertius de inuidia
arrogantium iustoz: contra ma-
gnos peccatores cum conuertū-
tur ad deum.**

**Tertium est mysterium indigna-
tis inuidie. scilicet maioris fra-
tris redeuntis de agro. Circa qd̄
tria consideremus. Primo ama-
ram inuidiationem. secundo molestam indi-
gnationem. tertio paternam satisfactiōem.**

**De tribus occasionibus vno
talis inuidia ortum habet. Ca-
pitulum primum.**

Primo considerem⁹ hui⁹ senioris filij amarā inuidiam. *Ex trib⁹ em⁹ occasionibus hec inuidia orta est. Primo ex labore sublato. secūdo ex gaudio audito. tertio ex bñficio paterno. Primo habuit ortū ex labore sublato. Et de hoc subdit. Erat autē filius ei⁹ senior in agro. s. circa negocia rei familiaris sollicitē occupat⁹ et maxime circa ruralia que vt plimū grauioza sūt. Secundo habuit ortū ex gaudio. vñ subdit. Et cum veniret et appropinquaret domui audiuit symphoniā et chorū. i. multiformē concordia spūalium consolationū et iubilatiōnū inter quosdā qui iam erāt viui pctōres. Tertio habuit ortum ex paterno bñficio. Et de h addit. Et vocauit vnū de seruis et interrogauit que hec eēt. i. qua de causa fierent. Jōq⁹ dixit illi. Frater tu⁹ venit. s. p humilitatez penitentie: et occidit pater tu⁹ vitulū saginatum sēz p refectōnē gratie gratis date: quia saluū illum recepit. s. p recuperationem gratificantis iusticie.*

Tres cause palliate: quare arrogantes iusti propter dñm indignantur. Ca. ij.

Secundo considerem⁹ hui⁹ senioris filij indignationē. *Et de hoc subditur. Indignatus est autē et nolebat intrare. s. in patris domū et ad charitatis conuiuiū: qđ manifestissimū signū est cordis inuidi et animi indignati. Hinc vtiq⁹ factum est qđ pater illi⁹ egressus cepit rogare eū. Egredis at ad hoies deus pater p oia illa p q̄ eis suas volūtates et monita manifestat: quādo eius manifestatio eis se offert vt piam et inductiuam et benigne psuasūā. tunc rogare dicit deus. Demū subiungit. At ille rñdens dicit patri suo. vbi cōsidera qđ tres causas assignat indignationis sue. Prima causa ē luxuria. Primā causam sue indignationis assignat p ppriam iusticiā. Et hoc fm duas pres iusticie pncipales q̄ sūt facere bonū et declinare a malo. Juxta illud ps. Declina a malo et fac bonū. Que duo more psumptuosū et superbi collocat in somno. Prima autē iusticie pars est facere bonū. *De hac addit p̄. Ecce tot annis seruo tibi. q. d. iam multis annis semper ab initio seruo. s. tanq̄ laboriosū et viliū obsequijs quasi mancipiū occupat⁹ tibi nō mihi nec meis obsequijs vel cōmodis sed solum tuis. Secunda iusticie ps est declinare**

a malo. *Et de hoc subdit. Et mandatū tuū nunq̄ p̄terui. q. d. omnia plenissime adimpleui. Scđam cām assignat patris fuisse nequiciam. Et d hoc subdit. Et nunq̄ dedisti mihi hedū. ne dicā vitulū saginatū: vt cum amid meis epularer. q. d. nec hoc fecisti mihi propter me: nec ppter amicos. i. nec aliqua ex cā minimā cōsolationem mihi dedisti. Et in hoc aduertendū est: qđ ip̄a psumptuosa emulatio dum se tactat seip̄am cōfundit et vilificat: cuz se ostendat semp fuisse ab omni consolatione diuina vacuā et inanē. Et p hoc estimare patres nō sibi fuisse liberalem et piuz: sed valde tenacem et durūm: dumq̄ minorē p tempe p̄terito vitupar: ip̄m p statu p̄senti vehementer laudat et cōmēdat di. qđ ad p̄rem venit et summū gaudiū et festū recepit. Et vere hec est natura seculi inuidētis: quia illum cui inuidet extitit se sup̄iorem et feliciorē et p̄pterea de illius felicitate torquet. Tertiam causam subdit fuisse fratris luxuria: vnde subdit. Sed postq̄ filij tuus. Hic considera cū q̄ta nausea et displicētia de fratre loquat. Nam nec illum suū fratrem nominare valet. Sed ait filius tuus hic q. d. quē prop̄ sua flagicia in fratrem nolo qđ deuorauit substantiam suā cū meretricibus: et sic cēt ira vt punitione dignus tanq̄ prodigus fetidus et imūdus venit: occidisti illi vitulum saginatum. i. dedisti p deuotionē gustare xp̄m et alias consolationes h̄re: sicut filio p̄digo ap̄lo Paulo diuino munere concessum est: qui de se Gal. ij. c. ait. Quā autē viuo in fide viuo filij di: qui dilexit me. et dedit semetip̄m p me.*

Tres rationes quare arrogantes iusti gaudere et exultare debent de peccatorum conuersiōe. Capitulum tertium.

Tertio considerem⁹ p̄ris satisfactiōnem: vbi ad placationē ip̄s tres rōnes assignat qđ debet gaudere. Primo ppter cordialem vniōnem scđo ppter vniuersalē dñationē seu possessionem. tertio ppter viscerales cōpassionē. Primam rōnem assignat ppter cordialem vniōnem. vñ subdit. At ip̄e dicit illi. Fili tu sp̄ mecum es. q. d. Pro sūmo h̄re debuisti qđ meam p̄ntiam et omnia mea exhibui tibi tanq̄ filio et heredi et q̄tū ex me ē reexhibeo me de p̄senti. Nō ad l̄qz q̄ta r̄doleat rñsio dulcedine charitatis. Nō em arguit filiū de sua indignatio

Dominica. iij. in .xl. de impijs parcialitatibus

ne supra: aut d sua humanitate. pterua: ne amplius pturbeſ. Sed pie blandit ac perurbatum animum ei leniat. **Iuxta illd Proū. xv.** Responsio mollis frangit irā. **Secūda ratio** est ppter vniuersalē dñationē. **Et de hoc** addit. **Et omnia mea tua sunt: intantuz q si in pterito hoc petisses dedissem tibi: z nunc darem z in futuro paratū sum dare: quod quidem longe amplius est q̄ q̄ huic fecerim fratri tuo.** **Et de scdm̄ tellectū moralē oīa sunt cuiuslibet iusti vel in re vel in spe.** Nam cum nō sint nisi tria genera rerū. s. supiora equalia z inferiora. **Supiora** sunt viri iusti vtiq; ad finem: sicut ppha ait. **Deus cordis mei z ps mea de terno.** **Equalia** sunt viri iusti ad adiuuandum sicut angelici spūs. **Hinc Heb. c. j. ap'ls ait.** Omnes sunt administratorij spūs in salutē. **Inferiora** sunt viri iusti ad vtendū z dñandū: sicut ps. ait. **Omnia subiecisti sb pedibus ei.** **z. Tertia rō** est ppter visceralē cōpassionē: vñd subdit. **Epulari aut z gaudere oportebat: quia hec charitas facit.** **Iuxta illd apli Rhoma. xij.** **Gaudete cū gaudētibus: z flere cū flentibus.** **Facit etiā nō vzi de scandalo.** **Iux illud. j. Coz. xj.** **Quis scandalizatur z ego nō vroz.** **Siliter enā facit letariz refici d alieno remedio.** **Proptea subdit: quia h frat tuus mortuus erat. s. deū deserēdo: z reuixit sc̄z penitēdo: perierat p mortalem culpā z inuentus est p dei grām.** **Aduertenter aut considera** quāto pondere in hac rñsione singula verba sint a p̄e expressa: vt ad fr̄is cōpassionem animum ei emolliat z reflectat. **Ait enī epulari aut qd ē delectabile: z gaudere qd ē desiderabile oportebat quia iusticiale.** **Et rationem oñdens addit: quia hic demonstratiue z imp̄siue: frater dilectiue: tuus trāsformatiue: mortu⁹ erat compassiue: z reuixit congratulatiue: pierat afflictiue: z inuētus ē iocūdatiue vt quodlibet cū admirabile z efficaci sensu dictū esse intelligat. **Et merito quidē gaudere oportet: quia vt dicit Lu. xv.** **Gaudiuz est pastori de ouicula reuētā: z gaudiuz est mulieri de inuētā dragma.** **Et gaudiū est angelis dei sup vno peccatore pniā agēte.** **Lūquibus nos eternaliter epulariz gaudere faciat dñs noster iesus xp̄s: qui cum p̄e z spiritalē ē z futur⁹ ē z cōsummatū gaudiū oīm beatorū.** **Per infinita seculorū secula Amen.****

Dñica tertia i quadragesima de mane ordo dicendorū p totā septimanam. Sermo. xxv.

Done regnū i

seipz diuisū d solabit: z dom⁹ s domū cadet. **Lu. xxi.** **Fauē te dño iesu xp̄o qui christia ne vite dux est z via: vitas et mgr: p̄mū ac vita: modus vi**

uendi ipsius christiane religionis: nō tm̄ itel ligentijs vestris prudētibus z discretis z cōformis atq; gratus vel cōsonus. **Terficiam affectibus z desiderijs animum vestrum vt cer no quotidie feruētius incaleſcit.** **Suscipiēda z humiliter amplectanda ē igit grātia vobis data: atq; elaborandū est vt iuxta voluntatē dei quotidie suscipiat incrementū.** **Quod q̄dem vt melius fieri possit alias. s. religiositates addamus.** **Prima aut est religiositas vni onis.** **Et de hac isto mane de impijs parcialitatum fructib⁹ viderem⁹.** **Secūda est religiositas cōsignationis in qua declarabitur noue idolatrie cultus qui in insignijs q̄ pcialitates distinguunt a pcialibus celebraat.** **Tertia ē religiositas remotionis in qua ostendent. xij. rōnes seu impedimēta: quare homines de si dei nō credūt z lumini d̄ tatis.** **Quarta ē religiositas dimissionis: in qua declarabit q̄tus quilibet omēs dimittere iniurias obligat et libēter parcere inimicis.** **Quinta est religiositas honorantis in qua palam fiet: in qb⁹ z q̄modo debēt p̄entes a filijs honorari.** **Secūda ē religiositas reformationis: in qua declarabitur q̄tā reformationē in anima peccatoris diuini timorē ḡfa opaf.** **Septima est religiositas vere locutionis in qua apiem⁹ quanta sit mendaciū pnicies venenosa.** **Octaua ē religiositas recitandis: vbi de duplicitate ipia differemus.**

Contra guelfos et gibellinos et quascūq; alias diuisiones et ptes. Sermo. xxv.

Done regnū in seipm diuisuz z domus supra domū cadet. **Itez vbi supra.** **Fraterni odij considerātes impietate z vire pcialitatis destruc tiones rememorātes: z quas nostrī tempz bus p̄spexim⁹ z ptractauimus crudelitates z mala.** **Flere potius cogimur q̄ aliquid dicere.** **Quis em̄ tanta duricie cor lapideū absq; lachrymis continere valeret: si que vidimus que audiim⁹: que certa noticia expti sum⁹ i regionib⁹ italie: z maxime in p̄ibus lombar die nouisset.** **Quis fari posset quot impieta**

tas: crudelitas: incendia prodiones: homicidia: et his similia in paucis scripturis patrata sunt. Quis denique pugili oculo damna rerum corporum et animarum que ex dissensionibus primum seculata sunt absque lachrymis et cordis singultu pensare posset. ut vere iam docente experientia: quibus nostrum sciat quod si sit sententia Iesu Christi in preallegato verbo. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et do. supra. do. cadet. Que sententia omnia indicat atque clamat: et clausis oculis manifestat primam religionem que dicitur unionis esse inter christicolos amplectendas tenendam seruandam: omnes conamine perredam quod quidem persequendum experimentalis nequeia malorum: que ex peculiaritatibus subsequuntur aptissime manifestat. Quid enim aliud est peculiaritas neque nisi iusticie iterum. guerrarum suscitatio et fometa: destructio patriarum: stulticia summarum: consummata: iniqua crudelitas: pestilens malum: multiplicatio scelerum: fidei abnegatio et proditio contra christum: impenitens culpa: damna: et semper iniqua: priuatio ecclesiastice sepulture et silentium ecclesiarum oronum. In qua quidem descriptione impie peculiaritatis. xij. amarissimi fructus notari possunt: ut de peculiaritatibus manifeste verificetur: quod Matth. viij. c. dicitur ait. A fructibus eorum cognoscetis eos: quod verbum potest in presenti materia esse etiam aliud thema. hos autem xij. fructus per tres quaternarios distinguam: Et quilibet fructus in quadam conclusionem aptius inducat et declarem.

Articulus primus in quo quatuor peculiaritatum fructus impie declarantur: et primus est quod ubi peculiaritas regnat: rectitudo iusticie nequaquam seruari potest. Ca. i.

Primus autem fructus peculiaritatis est iusticie interitus. hic eliciat conclusio in terra peculiaris nisi sit tibi extincta nequaquam potest recta exerceri iusticia. Ratio quidem est: quia propter peculiaritates affectio mutat et ratio execat. Mutari autem a recto affectus solet quadruplici affectione. mentali que sunt amor et odium: spes et timor. De his Dan. vij. scriptum est. Quatuor venti pugnant in mari magno. scilicet mentis iudicis peculiaris. Difficile quidem est: quod cuius interitus iusticia recta latea tenere quod aliqua istarum affectionum ad iusticiam non flectat. Nam amor affectus trahit ad suum compiciale et amicum. Odium ab aduersa parte repellit. De dilectis enim difficulter male sen-

timus: sicut de non dilectis difficulter bene. Offendit amicus: culpa magna estimat parua delinquit aduersari: offensa parua sentit magna: seruit dilectus supra sidera exaltat: fidelis plenis faucibus predicat. Alter contrarie partis maxima prestat comoda: impedit magna seruitia: puerpendit eorum detrahens. Ex quacumque causa patrat crimen per suo peculiaris quibus superle exorat: culpas minuit. aut ipsum negat. Aut per misericordia instat. Pars vero aduersa offensa grauat: iusticia postulat. Adest spes super pri inherens et timor contraria pretem pauens. Judicantis intellectus his mentis turbationibus conuassat: discernere verum nescit virvult: si fas est dicere nequaquam potest. Unde consequens est quod reus iustificat: innocens condemnat: vnum habet per spurio: alter per legitimo. bonum dicit malum. malus dicit bonus. verum dicit falsum: falsum verum dicit. ut misericordia per iusticia. et iusticia per misericordia impie compute. Ubi Iud. de summo bono. et habet. xj. q. iij. c. quatuor modis. ubi dicitur Quatuor modis humanum iudicium pervertitur: Timore dum metu preteritis alicuius veritate loqui primecimus. Cupiditate dum premio alicuius animam corrumperimus. Odio. dum quilibet aduersarium molimur. Amore dum amico vel per pinquo prestare intendimus. Sequentibus. c. scilicet. e Quicunque autem per sanguinitate. vel amicitia vel hostili odio. vel inimicitias in iudicando ducit. pervertit iudicium christi: quod est iusticia: et fructus illius pervertit in damnationis amaritudinem. Iterum Amos. vij. his iniuste iudicantibus dominus dicit. Couertistis in amaritudinem iudicium et fructus iusticie in absinthium. Item Esa. lix. ca. Qui recessit a malo prede paruit. Unde Amb. ait. In duos inimicos non potest esse finalis. supple licet sciat et velit. Et sic patet quod peculiaritas est iniusticie pabulum.

Secundus fructus est quia ex peculiaritatibus guerre sepius suscitantur. Ca. ij.

Secundus fructus est guerrarum suscitatio et fomentum. Conclusio sit quod illis fra diu non potest habere pacem. Cuius ratio est: quia quanto sunt homines nequiores tanto sunt ad inferendum iniurias promptiores tantoque minus patientes ad sustinendum iniurias sibi illatas. Insuper impossibile est homines seculares in presenti seculo neque in simul conuersari quando se offendant: vel extimet se offendere: siue ex ignorantia siue ex iusticia. aut ex

Dominica. iij. in. xl. de impijs parcialitatibus

malicia seu etiã ex fragilitate humana: et ex q̄
cũq; tñ causa pueniat moleste ferunt offen-
se: a quolibet criminoso inde generant odia
itũescũt corda p tpe: sũt secreta: n̄ tñ talit̄ oc-
cultat nequicia qñ luoz mentis aliq̄ mō pan-
dat verbis vel signis. Crebrescunt offense: in-
ualescũt inuidie. iam patescũt inimicie: vtra-
q; ps ex altera suspitiones et insidias suscipi-
tur. Ieri alia multiplicant mala scelera iniq̄-
tates: vindictã alta voce clamãt ad deũ inno-
centes: oppressi vocẽ emittũt ad deũ dicẽtes.
Usq; quo dñe scũs et verus nõ iudicas et vin-
dicas sanguinem nostrũ de his qui habitant
in terra. s. pciali Apoç. vj. Demũq; a tot ife-
stationib⁹ irritata paciẽtia dei abscondita: q̄ iu-
dicia patefiunt: dat patria in demonũ ptãte.
suscitant̄ rumores: regimina psterunt: mu-
tant̄ dominia: inferũt et sustinent̄ damna: sũt
pditiones: homicidia increbrescũt: odia in-
ualescunt. et cetera mala que ex guerris oriri
solent multipliciter cumulant̄. Sed qđ picu-
losius est scđm qđ ait Chryf. in lib. de cõpũcti-
one. Si inimicie semel occupauerint hoies
om̄ia q̄ sunt q̄ dicunt̄ que audiunt̄ ita accipi-
unt et intelligunt̄ vt ad maiores et longiores
p̄ficiant inimicias. Si qđ em̄ boni dicat̄ de
inimico nõ credit̄. Si qđ aut̄ mali h̄ solũ cre-
dit̄ hoc cõfirmat̄. Hinc siqđẽ e: qđ si qñ inf̄ hu-
iũsmõ p̄ciales pax fiat: nõ vtiq; est pax vera:
quia radices p̄rium remãserũt in cordib⁹ par-
tialium peccatorũ: sed p̄t parti tali dici: sicut
Ezech. xij. testat̄. Pax par: et nõ erit pax. Lu-
ius rōnẽ Esa. xlvij. c. ponit di. Nõ e pax im-
pijs dicit̄ dñs. Qua em̄ rōne pacẽ h̄re p̄t re-
manens p̄ialis in corde: cũ cõtinue cũ om̄ipo-
tente habeat guerrã: cui sup caput p̄tinue p̄-
det euaginatũ gladi⁹ iusticie dei: qui in do-
mo cõscientie litem habet et qui onus diaboli
qui e secretus habit⁹ odij cõtinue portat: quẽ
etiã cetera vicia quasi spine cõtinue pungũt
et lacerant. Cõtra quos ps. ait. Cõtritio et in-
felicitas i vi. e. et vi. pa. nõ cog. nõ e ti. dei añ
oculos eorũ. s. cũ diuisiones cordis nõ abijci-
ant: et cetera crimina q̄bus repleti sunt nõ re-
linquant. Ideo cõtra tales zelans p̄pheta di-
cebat ps. xxxvij. Zelauĩ sup iniq̄s pa. pec. vi-
dens. s. et intelligens qđ nõ erat pax illa vera.
sed simulata et ficta atq; modico tpe duratu-
ra. quia vt dicit̄ Proũ. xij. Int̄ supbos sicut
sunt p̄ciales semp sunt iurgia. Sed solum vt
ps. testat̄. Pax multa diligẽtib⁹ legẽ tuã nõ
est illis scandalũ. Nã vt dicit̄ glo. Col. Pax si-
ne charitate esse nõ p̄t: imo qđ mirabilius e

cum multi demones in vno demoniaco spa-
ce simul et quiete morent̄: sicut Mar. v. de de-
moniaco legionario dicit̄: et etiã quodidie per
exp̄ientiam patet. nõ seipos pellunt vel sicut
inter seipos nõ bellant neq; p loco etiã itã ar-
to pugnant. Stupẽda quidẽ res est qđ duos
p̄rium p̄ncipales vna terra vel vna ciuitas et
patria simul nõ poterit̄ in pace cõtinere: qñ-
imo vnus alterũ de terra et de p̄ria expellet.
Insup tẽm si fas est p necem de toto seculo p
pullabit: vt vere ex hoc detur intelligi qđ tales
h̄mõ hoies quia sunt demões incarnati: ip-
sis demõibus sent peiores. Et sic clarissime
patet qđ p̄cialitates sunt guerrarũ suscitatio
fomentum.

**Tertius fructus est: quia ex p-
cialitatibus sepius terrarũ et pa-
triarũ exterminatio sequi solet.**

Capitulũ. iij.

**Tertius fruct⁹ est destructio p̄riarũ
Cui⁹ cõclusio sit qđ talis terrarũ pa-
tria diu sine magno exterminio si
p̄t stare. Ratio hui⁹ ex p̄cedẽtib⁹ satis patet.
Nam p̄ribus incipiẽtib⁹ ebullire p̄tis exp̄-
gentibus diabolo opante: et diuino iudicio p
mittente vna pars alteram pellit. Præda n̄ il-
lius bona. edificia destruunt̄. siluescũt a ruas:
vinee p̄ciduntur et consumuntur: quiescũt
artes et mercancie: pecora et cetera ani malia
diũsi generũt armẽta vorãt. Adolescẽtũ cũ pa-
rentibus pulsũ egestate: compulsũ vadunt ad
soldum: efficiuntur fures: h̄ic suspenditur: il-
le necatur: h̄ic perit in bello. alius altera in-
felici morte miserabilem vitã finit. Iuuenes
pulsũ nõ sumũt vxores: sed cũ p̄cedẽtib⁹ simi-
lem vitã sortuntur et finem: Duellẽ nobiles
morantur in nupte: vel per mundum yage fi-
unt meretrices. Adulti autẽ yiri inedia pau-
pertate: tristitia et multiplicati miseria conta-
bescunt: et miserabiliter hinc inde vagantur.
Deficit inde in religiosis obseruantia regula-
ris: in clericis modestia clericalis: in iuuentu-
bus et doctis scie disciplina. Siũt p̄fie latronũ
spelunce: p̄phanã tẽpla: destruũt mōasteria
p̄plant̄ ip̄i: ex iugali viduas faciũt: et cõcta
tẽporalia bona simulq; cũ corp̄alib⁹ et sp̄ualib⁹
miseria destruuntur. Sed nõdum
malorum est finis. Adhuc restant alia quicq;
Nam cum purgata fuerint crimina expulso-
rum: et expellentium fuerint scelera consum-
mata sit tonitruus iudicij dei in mũdani sta-
tus versatili rota. Et redeũtes expulsi regnã**

tes pellunt crudeliter se uicia vindicantes p
omnibus receptis iniurijs vicem reddunt: et si
quid remanserit destruendum ad sue psum
ptionis properat finem. Tunc quidem domi
ni vera sententia reperitur: qua Luc. v. dicit
Omne regnum in seipsum diuisum desolabi
tur: et domus supra domum cadet. Et iterum
Esa. xxviii. Mandata remanda: expecta reex
pecta: modicum ibi: modicum ibi ut vadant et
cadant retrosum et conterantur et illaqueantur
et capiantur. Mandat enim expellendo psyna
partem alteram. illaque reuera demum rema
dat alteram ppulsanda. Expulsus autem expe
ctans expectat si possit reuerti domum sic etiam
postmodum altera pars expulsa. Demum vero
de bono tempore aut corporali seu spirituali
modicum ibi. s. ex parte vna. et modicum ibi.
s. ex parte altera. Et sic semper vadunt et ca
dunt retrosum. De malo in peius utraque ps
ruendo: ita ut finaliter conterantur supplicijs
miserijs et tormentis et illaqueantur semper gra
uibus culpis et capiantur in morte infer
nalis peris: ut verificet quod scribitur Ibiere.
Ely. Fortis impedit in forte et ambo. s. modis
predictis pariter corruerunt. Gallos duos
quos vidi dura longaque pugna bellantes ore
se et ungulis sanguinentes et vndique discerpentes.
Luce pugnandi in utroque defecisset vi
gor: non defecerat sed creuerat indignationis
ardor. Sic noui parciales multos ut sic dicam
expensarios quibus cum propter partes com
sumperunt omnia bona sua: nihil eis reman
sit nisi rabies partis sue.

**Quartus fructus quanta stul
ticia sit parcialitates impias se
qui. Ca. iij.**

Quartus fructus partium est stulti
cia summa et consummata. Pro quo con
clusio sit quod non videtur esse sub celo
gens stultior illa. Ratio quia hu
iusmodi scelus est appetitu stulti et damno sui
mali. Delectatur quis in opibus carnis et gule
damnabiliter quidem errat. Oblectatur quis
in turpi lucro et insatiabili cupidine rerum: er
rat absque dubio immortalis. Alter insuper intum
escit in pompis et glorioso statu letatur: nec
dubitatur quin criminaliter peccet: et sic de mul
tis consimilibus culpis. Sed omnes isti errant
quidam tamen in appetitu boni transitoria dele
ctatione illecti et decepti et ex finali impeniten
tia condemnandi. Hi autem parciales et demen
tia stulta et insensata tales iniquos peccant ex appe

titu et desiderio mali: dum partem et diuisio
nem affectant deponentes in periculo propria
substantiam temporalem: corpus: filios: paren
tes: consanguineos et amicos et illorum tem
poralia bona: imo quandoque est totius patrie
ad discrimen. Quid enim boni ex partialitate lu
crant penitus ignorat: nisi forte putet lucrum
hec pericula experiri: et cum his eternis suppli
cijs cruciari. Unde de partiali stulto Eccli. xxiiij.
scriptum est. Super plumbis quid grauabitur
et quod illi aliud nomen quam fatuus? Arenam et
salem et massam ferri facilius est ferre: quam ho
minem imprudentem et fatuum et impium: que omnia
continet partialis stultus. Propterea possunt
frenetico compari qui ratione priuati pericu
la omnia sibi et alijs patrant. Similes etiam
sunt cuidam stulto qui cum baculum gestaret
in via et ante ipsum prederet umbra sua pu
tauit alterum hominem umbram suam. Cur
rit stultus post umbram quasi cum homine
pugnaturus fugit illa sequente: continet stul
tus gressus: stat insuper umbram. Alter agit con
tra illam insultum. Iterum fugit umbram. de
mum cum diuerteret a via et umbra quasi ho
mo cum similitudine baculi videretur erigi
versus murum: videns stultus timuit. postea au
dacia maiori resumpta rapido impetu impi
gens in murum caput fregit. Sic parciales
stulti pugnant cum umbra nominis parci
alis finaliter anime et corporis frangunt ca
put. Ecce stulticie summe fructus.

**Articulus secundus de secun
dis quattuor perniciosis fructi
bus nequissime partis et illi de
horredis crudelitibus que ex
parcialibus fiunt. Ca. j.**

Primus fructus est iniqua crudeli
tas. Cuius conclusio est. Non est
gens saltem inter christianos ma
gis impiam crudelis. Ratio huius
est quod habitus odij semper habent contra om
nes contrarie partis cognitos et incognitos
contra presentes et preteritos et futuros: ad
uersus infantes et senes et sepius aduersus com
sanguineos et parentes. Insuper aduersus eos
qui sibi et suis multipliciter seuerunt. Unde
dici potest horum omnium homicida. Sicut
j. Joh. c. iij. scriptum est. Qui odit fratrem su
um homicida est. Hi autem odium parci
aliter prohibitum in corde ferunt sicut in alio
tractatu: ubi agitur de cordis consensu ad pe
tes latius visum est. Sed ultra hoc odium co
l 4

Dominica. iij. in .xl. de impijs parcialitatibus

diale quis exprimere valeat scruicias et ianes crudelitates quas contra aduersarios opantur. **N**ō parcūt etati: nō sexui: nō consanguinitati: nō genti. nō amicitie. nō fidei: nō religioni vel sanctitati: sed vsq; ad deuotionē christiane carnis. **P**rochdoloz scelerata crudelitas ipiorū et in alias incredibiles scruicias pfundat. **P**ropterea merito rabido cani poterunt compari. **S**icut in quadragesimali de seraphin contra detractores sermone. xxxix. latius visum est: de ceteris crudelitatib; satis vbi supra est tactū: sermone. xxxv. cum agitur de opibus partiū circa simonis finem.

Secundus fructus pestiferus malū sit diuisio parcialis. Ca. ij

S **E**cūduo vero fructus est pestilens malū. **L**ui^o conclusio est q; nullum ē magis pestiferū malū q; diuisio parcialis. **O**ccasio hui^o multiplex esse potest. **C**um em̄ homo sit animal irascibile offensulq; et indignatus naturaliter se vindicare appetit: et inimico nocere conetur: nisi ratio irā frenet et timor mētis in parcialib; sit obstaculum rōnis: ideo in se hac peste corrupti secum alios conuersantes inficiunt ad iuuante natura inclinata ad irā. et culpa obsecurante intelligentiam vtriusq;. dumq; inter homines ex aliqua occasione oriuntur offense sanguis currit ad cor: et ire atq; furoris accēditur ignis: fouetur hic ignis quasi aridis lignis multitudine peccatorū. **A**nimi ex puerlatione quodāmodo confriant et demones ad scandala temptationes vndiq; sufflāt: flāmescit iracundia. igniunt corda: flāmescunt verba: igniti monstrant: nutus et opa et quasi quadam spūali simul et corpali pestilentia aer cum tota patria cōtaminat: sicut **A**poē. ix. c. sc̄ptum est de parcialibus. **D**e ore eorū pcedebat ignis fumus et sulphur et ab his plagis occisa est tertia pars hominū. i. impenitētes. sicut supra de detractoribus declaratum est. **I**deo **E**c̄c̄i. xiiij. scriptum est. **Q**ui cōmunicat supbo induet superbiā: et qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea. **N**ā vt testat **E**ze. ij. **P**arciales increduli et sbuersores sūt. et cū scorpionibus habitas. s. tu qui cum parcialibus conuersaris. **E**t. j. **C**orinth. v. **M**odicū fermenti rotam massaz corrumpit. **I**n super **A**c̄c̄i. viij. **D**iscede ab inimico iniquo et parciali et deficient mala abs te. **E**t ps̄. de se. testat. **C**um hominibus opantibus iniquitatem: sicut faciunt partiales, et nō cōmunicabo cum

electis eorū. id est. cum capitaneis parcium. **E**t alibi. **N**ō adhesit mihi cor prauum sic vtriusq; parciale. declinantem a me malignum. id est. parcialem non cognoscebam. s. tanta cōuersatione elōgatus morabar ab illo. **E**t alio loco ait. **L**uz peruerso. s. parciali peruerteris a parte: maxime si imperfectus et fragilis es. **N**ā vt testat **G**reg. sup **E**zech. omel. ix. **I**nfirmi prauorū debent societatem declinare ne mala que frequēter aspiciunt et corrigere nō valent imitari delectent. **E**t h̄mōi exemplū addit q; sicut aer malus assiduo flatu tractus inficit corpus. ita peruersa locutio continue audita inficit animā. **A**p̄lo testate. j. **C**orinth. xv. **C**orrumpunt bonos mores colloquia praua. **L**ui **B**erū. addit multo magis opa praua. **S** in terra parciali nō solum sunt verba sed etiam opera ex parcialitate peruersa: p̄pterea quasi impossibile ē in fra parciali et cū parcialib; p̄sari qn homo aliquomodo inficiat. **P**ropter qd̄ omnino fugiendi essent cum omnia sua videantur infecta et pestilencialia virus alijs communicare p̄bentur: imo tactus visus: halit^o sermo vestigium ymbra domus et parcialiū cūcta videntur pestifera et infecta: ideo in tali n̄ deberet homo bibere cum eius ciato nec dormire in eodem lecto: imo nec cōmorari s̄b eodem tecto nec habitare in parciali terra: tantoq; sollicitus fugiendus est aer parcialis: q; pestilencialis qm̄ parcialitas est nō soluz pestilentia corporalis: sed etiam temporalis et spūalis vbi pestis solummodo est corporalis. **F**orte mirant quidam q; tam acerrime loq̄r contra h̄mōi pres: quibus responderet experientia ipsa: pestis seua ingreditur ciuitates: obunt plurimi: sed remanent multi: imo p̄ maiori pte euadūt. **P**ars aut̄ guelphalis aut gebellina aut quecunq; altera ingreditur ciuitatem: mirū nempe maximum erit si poterit euadere quisq; qui saltem lapsu temporis p̄ti n̄ adhereat vel adherere putetur: sic ego stupens et dolens experientia certus sum: imo quod flendum est et qui vident timere deum ita efficiuntur amētes et insensati maxime cōtra partem guelpham et gebellinam: q; in eisdem ita secure viuūt quasi in eisdem sit professio sanctitatis: similes generis loth: qui vtpat; **B**erū. ix. ita insensibiles in sodomia facti sunt: q; loth predicantiz suadenti recessus credere noluerunt: sed videbatur eis quasi ludens loqui: vt dicitur ibi. **I**deo cum ceteri perierunt: p̄pterea **A**poē. xvij. **Z**elantibus salutem anime sue vtriusq; dictum est. **E**xite de illa populus meus ne participes sitis delictorū

rum eius: et de plagis eius accipiatis: quoniam peruenierunt peccata eius usque ad celum. Et **Eccl. xij.** Si communicabit lupus agno: aliquando sic peccator scilicet parialis iusto: que communicatio sancti hominis ad canem scilicet parialem. Ex his satis patet quod pestilens malum sint impie pres.

Tertius fructus de multitudine scelerum et malorum: que ex parialitatibus subsequuntur.

Capitulum. iij.

Tertius fructus est multiplicatio scelerum. Conclusio vera est ista: quod nullum peccatum est de quo tot scelerum oriuntur sicut de partium impietate. Ratio autem ponitur **Job. xxxj.** Quod parialitas ignis est usque ad consummationem deuorans et omnia eradicans genimina. Inde enim oriuntur temporalia, corporalia, et spiritualia mala. Pro temporalia sicut sunt saccomana: rapine incendia domorum agrorum et sacrorum destructio: prediorum desolatio: ciuitatum terrarum et patriarum extinctio: scientiarum et artium et animalium et consimilia multa. In quibus omnibus pensanda sunt scelerum et peccata que inde sequuntur. Secundo mala corporalia: sicut sunt virginum deflorationes: mulierum violationes: horrenda homicidia puerorum crudeles neces: carcerationes seue: tormeta omni immanitate plena. Quidam occidunt fame: alij comburunt igne: quidam in stercore suffocantur humano: alij precipiuntur mēbra: lingua, digiti, et verenda: et infelices homines ipsimet coguntur comedere illa. precipitantur per altissimas turres: quidam alij fluminibus perimuntur. Alij dantur canibus ad vorandum: alij mortui relinquuntur lupis. Quidam assant viui: et ad odorem illorum alij qui comedunt panem doloris: vendunt homines sicut boues et multa consimilia. De quibus in seraphin sermone. **xxv. arti. iij.** Prædictum est. Tertio mala spiritualia. o quis enumerare sufficit quanta ex his omnibus peccata fiunt tum in opando: tum in sentiēdo: tum in faciēdo. In precipiēdo: in non obstando: in impatienter illata damna ferendo: in participando: verbisq; multipliciter offendendo et consimilibus. Propterea glo. præallegata. **j. Corinth. xj. ait.** Ex dissentione omnia mala oriuntur: vbi enim dissensio est nihil rectum est. Ideo clamat contra pariales **Esa. cap. j.**

De genti peccatrici: populo graui iniquitate: semini nequam filijs sceleratis: Ecce multiplicatio scelerum et iniquitatum.

Quartus fructus est fidei abnegatio et proditio contra christum: quia esse parialem est negare fidem et prodere christum.

Capitulum. iij.

Quartus fructus est fidei abnegatio et proditio contra christum. Conclusio quod omnes pariales christiani sunt renegati et proditores contra christum. et per consequens proditores christianorum. Cuius ratio est: quia licet forte ex parialitatibus oriuntur: imo licet omnes propter originale peccatum nascuntur filij ire. nihilominus in baptismo renunciamus malicijs diaboliz omnibus pompis mundi: patrinicq; illos suscipientes de sacro baptismatis fonte: hec pro illis spondent. Et quodammodo tunc scribuntur ad soldum et ad miliciam christi. De quo de conse. dist. iij. c. prima. Adulti autem facti tenentur ad ea que pro ipsis offerentes sponderunt. de conse. di. iij. c. puuli. In confirmatione vero preparatur homo ad pugnam pro fide christi: de conse. di. v. c. spiritus sancti. Alapa percutitur vt discat quod pro patientia vincit milicia christi. In fronte inungitur vt a recipiente fides christi sine erubescencia predicetur: de conse. dist. v. c. nouissime. Quis autem in baptismo partibus homo renunciauerit et demum ad vomitum redit: prodit christum fidemq; illius negat. domino ipso teste: qui **Luc. xj. ait.** Qui non est mecum. scilicet in milicia mea: aduersum me est: quia in milicia diabolica est. Et qui non colligit mecum. scilicet spiritualia temporalia et corporalia bona: dispergit vicia illa in presenti seculo et in futuro. Qui autem domino extiterit infidelis: quomodo suis proximis potest esse fidelis: Ex his pariales facile fiunt proditores.

Articulus tertius de vltimis quattuor amarissimis fructibus nequissime partis. Et primus est quod parialitas impenitens malum est: cum rari corde ore et opere parialitati renuncient sicut debent. Capitulum primum.

Dñica. iij. in. xl. cōtra insig. distin. iter partes

Primus fructus est impenitēs culpa vel malum. Ad hoc cōclusio ē: q̄ nullus parcialis absolui potest. nisi corde. ore z ope renunciet parcialitati. Ratio est quia consentire partibus corde vel se parcialem confiteri ore: z multo amplius parcialitatis opa exercere mortalia sunt. Sicut latius patet in quadagesimali s̄ seraphin. fm̄dc. xxv. z. xxvj. Et licet quidā cōfiteantur! q̄ parcialitates exercuerūt opere: rarissimos vnq̄ vidi z quasi nullos sensi qui doleant z confessi sint se fuisse parciales corde z ore. Ideo nō penitent vere: quia v̄a penitentia est p̄petrata mala plangere: z plangenda nō p̄petrare. de pe. di. iij. s̄. j. Falsē at penitentie nunq̄ venia dā: sicut patz vbi supra. s̄. siue in fi. imo falsa penitētia irritat deum. Propterea caueāt cōfessores qui publicos parciales guelphos z gebellinos: vel quip defensione z fauore pris dant vel suscipiunt iuramenta: siue alios parciales absoluūt: quia teste dño **Matth. xv.** Si cecus ceco ducatur p̄stet: ambo in foueā cadunt. s. infernalē. Vñ anteq̄ eos absoluant faciant q̄ hm̄di renuncient om̄i parti pleno corde: apto ore z efficaci ope. i. q̄ disponant se nunq̄ nominare parciales. Ceci nunq̄ faciunt de talibus conscientiam: imo sicut exptus sum in quibusdā: q̄ bñ vident̄ sapientes z timētes deum saltez parciales cordis z oris nō possunt intelligere eē mortale. p̄pterea merito ē impenitēs culpa.

Secundus fructus q̄ rari parciales consequuntur salutē licet apparenter p̄nie signa demonstrēt
Capitulū. ij.

Secundus fructus ē damnatio sempiterna. Terribilis cōclusio sit q̄ rarissimi parciales etiā si apparent in sine confiteri saluant̄ maxime si vsq̄ in finem pseuerauerunt in parcialitate iniqua. Ratio ē quia adhuc multa habent impedimenta. Primum ignorantia quia vt p̄tractum est. Multi ignorant q̄ parcialitas cordis z oris sit peccatum. Sed ignorantia iuris diuini de dilectione fratna cordis oris z opis. z de alijs q̄ necessaria sunt salutē nō excusat adultū z ratiōe vñ valentem: fm̄ **Alex. in sc̄do. l. q.** Alia quoq̄ impedimenta p̄tracta sunt in precedenti rix. sermone.

Tertius fructus q̄ publicus parcialis sine signis penitentie decedens: priuatur ecclesiastica

sepultura. Ca. iij.

Tertius fructus est priuatio ecclesiastice sepulture. Cōclusio ē q̄ nullus in mortali peccato decedens si notoriū est: debet ecclesiastica sepultura sepeliri: sicut patz p̄hibitū. xij. q. ij. q̄b^o z. c. nō estimem^o: z. c. p̄ obeuntibus. Et h̄ intelligendum est nisi fuerit ecclie recōciliatus: vel ostenderit p̄nie signa: eē de sepul. p̄hibano. Excipiunt̄ publici raptores. eē de rap. c. sup̄ eo. vel moriens in torneamēto. extra d̄ torneā. c. ad euidentiā. q̄ nisi etiā signū penitentie ostenderēt: sicut alibi dicit̄ debent ecclesiastica sepultura carere. Parciales cū sint notoriū si decedunt absq̄ p̄nie signis qui sepelit eos in loco sacro mortaliter peccat: q̄ facit cōtra predicta ecclesiastica iura. Ecclie aut̄ nō obedire pctm̄ ariolādi z paganitatis est. lxxxj. di. si qui. Ex his etiā p̄hibitionibus satis patet: q̄ parciales qui in parcialitatū fauoribus occidunt: sicut canes ad fossū proijci debent: iuxta p̄hibitū varicinū. **Hiere. xxij.** Sepultura asini sepeliet. s. impenitens parcialis qui signū p̄nie nō ostēdit in fine. Et si alit̄ ibi sepeliantur ad tumulū est damnationis eoz xij. q. ij. cū graua. z. c. quibus: imo si ibi sepulti sūt oīno sunt exhumādi: vbi eoz corpora p̄nt ab alijs scerni. ex. de sepul. sacris canonibus est institutū: z cimiteriū siue ecclia ē reconcilianda. extra de pse. ec. c. cōsuluisti. Ratio horū est: quia officiū deuore sepulture est bone fidei testimonium. xij. q. ij. non estimemus ante fi. Propterea ne clerici sint falsi testes impio parciali z cuiusq̄ in mortali notorio impenitenter decedenti. extra de rap. c. ij. sanctū est ne talū intersint sepulture. Nec tūc suscipiant elemosynam eius. Et hoc satis euidenter colligi potest q̄ qui parcialem impenitentem tradit vel tradere facit ecclesiastice sepulture: vel ad h̄ p̄bet auxiliū vel fauorē a labe falsi testimonij nō ē immunis. Iuxta illud **Proū. xix. c.** Testis falsus nō erit ipunit^o.

Quartus fructus q̄ nō debent orationes et oblatiōes fieri pro parciali. qui sine signis p̄nie iā decessit. Ca. iij.

Quartus fructus est silentiū oronum ecclesiasticarū. Cōclusio sit q̄ p̄ parciali impenitēter decedēte orones z oblatiōes nō sūt fieri q̄ mortale ē. Rō nē at h̄ fm̄ **Bona. i. ij. di. xlij. p̄oir. qz. j. Jo. v. ē pctm̄ ad mortē: n̄ dicēdo vt. p̄ co q̄s roget**

Peccatū ad mortē est finalis impenitentia q̄ iusto iudicio dei sepe plectunt p̄ciales. Unde peccat qui dicit: vel dicere facit scient̄ missas aut officia siue aliqua ecclesiastica bona p̄ illi⁹ p̄cialis anima ac si quis hoc faceret p̄ impio iudeo: vel saraceno. Extra de sta. mona. ca. j. z c. sup. quodā. et de fur. c. ij. z. xij. q. ij. p̄ obediuntibus. In quib⁹ omnib⁹ locis ab ecclia inhibetur q̄ p̄ impenitēte defuncto orationes non sinat facere siue oblationes. Unde in mysterium Barth. ij. scriptū est. Vox in rama. id est. in excelsis audita ē: rachel. i. ploras filios suos. s. p̄ciales in peccato defunctos z noluit consolari. s. orationib⁹ christianorum p̄ ipsis orantiū: quia nō sunt. s. in statu salutis s̄ eterne damnationis. Ex p̄dictis ergo patet dilectissimi fratres q̄to odio abijcienda abhorrenda z p̄sequenda sit crudelis z criminosa diuina p̄cialis z corde. ore. z ope rēnuenda: z omnino a toto populo extirpanda: vt illa frater nali z amarosa vnione gaudeatis. de qua in ps̄. Ecce q̄ bonum z q̄ iocūdū habitare fr̄es in vnum. Quā nobis cōcedat corda in vera charitate copulās z cōseruās dñs iesus x̄ps: qui cū patre z sp̄scō vi. z re. in se. se. Amen.

Bñica tertia in. xl. infra diem
cōtra insignia distinguēda inter
ptes. Sermo. xxvj.

Ulm fortis ar

matus custodit atrium suuz:
in pace sunt omnia que possi-
det. Luc. xj. Magna quippe
res est z piculis plena igno-
rantia vitatis. Nā sic Psido.

ait. Mater est z nutritrix om̄i viciozū. Quid sit
damnū culpe nō sentit in sp̄ies: quotidie pec-
cat z ignorat. Et iterū. xxxvij. scriptum ē de
ignorantia. Ignorantia mater est cunctorū er-
rorum: z. c. qui ea Greg⁹. in moral. ait. Qui
ea que dei sunt sapiunt: a dño sapiunt. Et q̄
ea que dei sunt nesciunt: a dño nesciunt.
Aplo testante qui ait. Si quis ignorat igno-
rabit. Hinc quoq̄ idem Greg⁹. ait. Quicum-
q̄ stult⁹ est in culpa sapiēs erit in pena. s. per
penam sempiternam: vel sic. s. penam susti-
nendo sempiternam. Et iterum Esa. c. v. Ca-
ptiuus ductus est populus me⁹. s. ad suppli-
cia eterna: quia nō habuit scientiam. Igno-

rata etem culpa minime emēdat: quē ad mō-
dum ignorante infirmitati remediuz adhibe-
ri nequaq̄s p̄t. Et hoc in ceteris vitijz igno-
rantia deterior z piculosior est. Sed sic initiū
mortis ale est ignorantia de peccato: finis v̄o
gloriatio in peccatis. Sic salutis initiū pecca-
ti cognitio est: finis vero cōfusio de peccatis.
Magnā quippe pace quiescit diabolus i cor-
de peccatū qm̄ p̄ ignorantia patraf culpa. Unde
Job. xl. de tali demone scriptū ē Sub ymbra
scz ignorantie dormit. s. pacificus z quietus i
secreto talami. i. in mente vacua lumine veri-
tatis z plena ignorantie cecitatis: in loci humē-
tibus. i. pronis ex ignorantia ad quēcūq̄ ca-
sum: h̄mōi em̄ sunt om̄es qui p̄cialitatem in-
signia tenent in domib⁹: vel super hostia do-
morum aut in menijis altis z turrib⁹: aut pa-
latijs suis: aut in ciuitatū portis vel quarum-
cūq̄ terrarum. Quod quidē manifestum si-
gnum est q̄ diabolus partium caput: q̄ Apo-
calip. ix. exterminator dicitur est in locis illis
z in malis cōscientijs inhabitantiū ibi pacifi-
ce cōmoratur. Et hoc manifeste indicat infal-
libilis veritas x̄pus iesus in verbo preallega-
to. Cum ait. Cum fortis ar. cu. a. s. in p. sunt
om̄ia que possidet. Quis est em̄ hic fortis ar-
matus nisi diabolus: de cui⁹ fortitudie Job.
xj. Non est potestas sup terrā que compare-
tur ei. H̄mōi aut̄ arma quibus armatus est
sunt concathenatides z cōfederatōes cordi-
um cunctorū qui p̄cialitates sectant. Uñ de
aquilone de quo pandetur om̄e malum. id ē
de exterminatore p̄dicto Eccl. xlij. scriptū ē.
Sup om̄em congregationē aquarū quie-
scit: z sicut lorica induit se aquis. id ē. parciali-
bus populis qui labuntur vt aque: et facile
tanq̄ aque a demone diuiduntur. Atrium
vero eius quid conuenientius indicat q̄ lo-
cum z domum in qua talia insignia parciali-
um collocantur. Hunc nempe locum: vel po-
tius parciales habitantes in eo demon om̄i
vigilantia custodit z maxie a lumine verita-
tis. Sicut dominus ait Job. iij. c. Qui male
agit odit lucem. Cum autē a tali lumine ani-
ma custoditur tunc in pace sunt om̄ia que
possidet: scilicet demō eo q̄ nullo reitoru cō-
scientie de talibus molestatur: quia tanta ce-
citate obscurat: et obscuritas seruat mentes
hominum habitantium ibi: et diligentia il-
la vt nō intelligant q̄ talia insignia sint arma
et manifestissima signa q̄ loca illa cum talib⁹
habitoribus a deo sunt tradita in demonij
p̄tate: z q̄ ab exterminatore pacifice possidēt

Wnica. iij. in. xl. cōtra insig. distin. iter partes

hys ei adūsari^o noster q̄sdā mōs semianđi seu simulandi opa dei: vt q̄ deus opafin bonum z in animarū salutē: demon ip̄e op̄et in malū z in animarū p̄niciem. Didicerat q̄d Apoca. viij. scriptū ē. **E**lidi alterū angelū. i. xpm̄ ascēdentem ab ortu solis. i. a luminosaz solari doctrina habentē signū dei viui. i. gr̄am gratificantem in iesu noie designatā qua suos s̄ḡt z saluat electos: sicut **M**att̄h. j. c. sanctissimo ioseph angelus ait. **V**ocabis nomē ei⁹ iesum ip̄e em̄ sal. fa. po. su. a pec. corū. De qua gratia in electorū p̄fona ps̄. ait. **S**ignatū est sup nos lumē vultus tui dñe. dedisti leticiā i cor: de meo. **E**t statim **J**oh̄. addit. **E**t clamauit i: perans. s. quattuor angelis quib⁹ datū ē nocere terre z mari. i. i. p̄speris z aduersis dicēs **N**olite nocere terre z mari neq; arborib⁹. id ē. bene agere incipiētib⁹ p̄ficiētibus z p̄fecti: quoadusq; signem⁹ seruos dei nr̄i in frontibus. i. mētib⁹ eorū. **E**t itēz **J**oh̄. subdit. **E**t audiui numerū signatorū centū. xliij. milia signati: p̄ quē numerū om̄es electi mystice designant: sicut alibi ostensum est. **S**ic ex adūso diabolus inuenit signū reprobatiōis eterne quorū reprobatorū cetus aptius z euidē⁹ p̄ insignia p̄tium consignetur q̄d z ip̄e p̄pheta p̄uidit in spiritu cum in. lxxij. ps̄. ait. **P**osuerunt signa sua signa: z nō cognouerūt sic in exitu sup summū quod esse p̄t aliud thema. **E**t idē ē q̄ dicere. **L**ū for. ar. cu. a. su. i. p. l. o. q̄ possidet: sic ex iam dicti atq; dicēdis clarescere p̄t. **P**er p̄dicta iḡt sc̄da religiositas cōsignationis ē dicta. p̄ quā fidelīū aie amor z rassis insigniis impiarū diuisionū saluant: z iesu noie cōsignant. **A**d q̄d p̄ficiendū iuxta sensum dñi nostri iesu ch̄risti p̄ tres conclusiones verbū p̄pheticū declaraf. **P**rima conclusio est q̄ p̄cialitatū insignia sunt manifeste idolatrie signa. **E**t de hoc ps̄. ait. **P**osuerunt signa sua signa. **S**c̄da p̄clusio ē: q̄ h̄re p̄cialiū signa ē cōtinue z ipenitentē ad iseros p̄perare. **E**t d̄ hoc t̄ḡit ps̄. d. **E**t nō cognouerūt sic i exitu. **T**ertia p̄clusio ē q̄ tenere insignia p̄tū: ē cōtinue aias secū ad eternū interitū trahere. **J**oh̄ subdit ps̄. sup summū. **P**rop̄ hec tria ter clamat aquila volās z dicit **A**poē. viij. **E**le vevebitatib⁹ i tra. s. p̄tiali. **E**t p̄t eē etiā aliū thēa.

Articul⁹ prim⁹ q̄ tenere insignia p̄tū distinctiua sunt manifeste idolatrie signa.

Prima p̄clusio ē: q̄ p̄cialitatum insignia sūt manifeste idolatrie signa

Ad cui⁹ intelligentiā p̄siderāda sunt tria signa q̄ oñdunt p̄ illa p̄cialitatū insignia. **P**rimū est imitatiōis. sc̄dm̄ adoratiōis. ternū dō vindicationis.

Qz malicia demonū antiqua idolatria in p̄cialitatū insigniis renouatur. **C**a. j.

Primū aut̄ signū p̄ h̄ insignia demonstratū ē signū idolatrie imitationis. **D**e p̄ma idolatrie adinuatione. **S**ap̄ien. xiiij. sc̄p. ē. **I**dolus maledictū ē ip̄m z qui fecit illud. **S**iliter sunt deo odio impi⁹ z impietas ei⁹. **A**cerbo em̄ luctu dolens pater cito sibi rapti filij fecit imaginē: z illā q̄ tūc quasi hō mortu⁹ fuerat: nūc tanq̄ deuz colere cepit z instituit. **I**nde orta sunt inter seruos sacra z sacrificia. **D**einde interueniente tpe z p̄ualefcēte iniqua p̄suetudine hic error tanq̄ lex custodit z tyrannorum impio colunt signēta hos quos in palā homines honorare nō poterāt: p̄pter h̄ q̄ lōge cēt elonginā figura eorū allata euidentem imaginē regis quē honorare volebāt z fecerūt vt illū q̄ aberat tanq̄ p̄ntē colerēt sua sollicitudine z m̄tra mirabilia ibidē circa h̄. **E**t de his pleni⁹ supra sm̄oe. x. dicta sunt. **H**ec aut̄ idolatria postq̄ cepit ita incrementuz sumpsit tm̄ q̄ p̄ orbē terrarū diffusa ē vsq; ad xpm̄. q̄ nunq̄ potuit deleri etiā in solo p̄plo iudeorū. **E**t postq̄ euāgeliū xpi p̄ vniuersū orbē ap̄torū p̄dicatōe diffusū ē i vniūso orbē: error idolatrie expulsus z exclusus manifeste apparet intm̄ q̄ nūc licet multa hoim̄ genera aberrēt i cultu vni⁹ dei: nū q̄i nulla gēs repit in orbē q̄ nūc p̄p̄ie idolatriā imitet: q̄d ab initio legis vsq; ad xpm̄ nusq; legit eē sc̄m̄. **P**redicantib⁹ iḡt aplis z discipulis sc̄ssimū nomen iesu xpi ex idolis demonia fugiebāt: in puluerē redigebant simulacra: p̄ sc̄oz martyria ois abolebat idolatrie pestifer cult⁹. **S**z eadē iuidia q̄ i troiuit mors in orbē frarū frigescente fide in cordib⁹ xp̄ianorū eadez idolatriā: s̄ occultioz mō int̄ eos maxie in italia reuocata ē q̄i in depectū xpi z ecclie sue: vt vbi regnabat roma nū impiū z p̄ncipalior mūdi idolatrie fauorū ibidem ozante xpo facta ē nō deficiens sedes petri: vbi op̄ate diabolo reuiuifcat idolatrie cultus: quod quidē fit in p̄tialium insigniis. **J**oh̄ apostolus ait in spiritu p̄uidēs in mysterium rhomanis scribens qui sunt in italia et italie caput et **P**etri sedes. **R**homa. j. c. ait. d̄ tempe innouate idolatrie quod nūc est. **L**uz

cognouissent deū nō sic deū glorificauerunt
 aut grās egerūt sed euauerūt in cogitandi-
 bus suis: et obscuratū est insipiens cor eorum:
 dicētes em̄ se eē sapientes stulti facti sunt: et
 mutauerūt. i. mutabunt gloriā immutabilis
 dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs
 et volucrū et quadrupedū et serpentū. Prete-
 rea sequit̄. Hec autē q̄stū ad istas q̄ sint v̄a ip̄a
 experientia manifestat. Nam p̄ insigniis distin-
 guentibus inter ptes quidē habent hominē
 p̄tis sue caput quē plusq̄ deū imitant̄ et colūt
 et se p̄ illo quod nequaq̄ p̄ x̄po agerēt prom-
 ptissime morti tradunt: et tali caput nō eadē
 homo est sed similitudo imaginis corruptibilis
 hoīs. i. diabolus incarnatus. Volucres etiā qui-
 dam p̄ insigniis habēt vt aquillas diuersi co-
 loris: siue alias aues diuersas distinguentes
 ptes: quas vt idola nutriunt viuas. Quidā
 x̄o imagines quadrupedū p̄ insigniis et ido-
 lis suis portant. Hi habēt leonē natiui coloris
 ille album. iste rubeum: hic x̄o pardū: et sic
 alij. Alij serpentes colūt nō tñ q̄ nobilium et
 colūtū in q̄stū nō distinguūt ptes arma vel i-
 signia dānē: quia taliter insignia vel arma
 ferentes p̄nt nō peccare si ordinata charitate
 ament illa. Sed magna pars talium vertit in
 abusum: p̄pter quod vel fiunt vel reputant̄
 parciales. Sic exēpli cā. Aquila inquātū di-
 gnitatē notat imperialē: gebellina nequaq̄ est
 et tñ in italia p̄ gebellina reputat̄. Propt̄ea q̄-
 dam in gebellina pte cordialiter affectati vel
 vt veri dīcā infernaliter et bestialiter insaniti
 sup̄ arma expansam aquilā portant. Sec̄ autē
 si in terra sua arma vel iunctā cū eis gestant:
 quia priuilegiū imperij esse solet. Insup̄ insa-
 ni quidam ecclesiā autumant esse guelpham
 et sicut reges francoꝝ. Et sicut experientia do-
 cet guelphi cōtra ecclesiā et gebellini cōtra im-
 perij si necesse fuerit septies in die p̄ cōmo-
ri etiā p̄t vtrū ille qui habet iustū bellū satis-
facere teneat̄ damna que aduersarijs suis p̄
incēdia fecit aut effraturas: aut p̄ arborū et
vinearū incisiones. et cōsimiliū. Ad q̄ dicē-
dum q̄ talis de illis damnis nō tenet que in-
tulit bona fide a quib⁹ cōmode nō potuit ab-
stinere fm̄ industriā et cōsuetudinem p̄rie pu-
gnantiū bona fide. Si quis tm̄ crassandi aio
et maliciose intulit seu fecit: cū alias sibi cōmō
de consulere posset tenetur et computabunt̄
illa damna cum damnis sibi et suis dat̄ et ho-
stibus eius vsq; ad quātitates cōcurrentes:
et de eo q̄ supercreuit tenet satisfacere illis q̄
bus intulit damna. Secūdo aut̄ dat̄ q̄s dam-
no p̄rimi causam efficacē sc̄p̄o: vt puta si pro-
pter falsum testimoniū seu aliud instrumen-
tum vel p̄pter aliam scripturā falsam seu fal-
sificatum in libris mercantiarū seu aliorū fa-
ctoruz quis damnificet iniuste: ille qui sc̄ptu-
ram falsificauit in solidum satisfacere obligat̄
vt in. l. j. ff. de mḡa. cōue. cōtor. l. q̄ tablas. ff.
de furi. Tertio quoq; dat̄ quis causam effi-
cacem cōsilio: vt cū quis p̄stāt cōsiliū ad ra-
pinam et furtū. Aut cū quis dat̄ cōsiliū q̄ ho-
mo nō restituat aliena: vel quocūq; alio mō i
confessione seu in iure ad p̄rimi damnū con-
siliū p̄stāt sine quo cōsilio talia nō fiebant.
sūt in solidū satisfacē obligat̄. ar. a sili. et d̄ sen.
exco. c. nuper. in glo. Loco. Richar. potissi-
me quoq; obligant̄ in solidū q̄ aliq̄ que veni-
unt in p̄rimorū damnū deliberāda cōsilijs
anteponūt: si nō sint cōsilia dñorū seu ciuita-
tum seu aliquorum officiorum. Quarto etiā
dat̄ quis causam efficacē et hoc statuto de fa-
cientibus statuta grauiā siue leges iniquas.
Aduertendū est q̄ si sint contra ius naturale
quod in lege et i euangelio continetur ip̄o iu-
re non tenent di. viij. qui cōtra mores. xxxij.
q. viij. flagicia: vt de vsuris nō repetendis vel
iuramētis nō seruandis. extra de iureiurā.
contingit. et c. se. lib. vi. Inno. extra de imu.
eccle. quia pleriq; in fi. Tales etiam condito-
res talis statuti vel legis: et eorū heredes fm̄
Durandum tenentur ad totum id damnū
quod sc̄z ex illis statutis et legibus damnifica-
tis contingit. Similiter omnes predicta sta-
p

Bñica. iiii. i. xl. quod quis restituere obligatur

tura et leges seruantes fm eum tenentur restituere omnia illa que occasione obseruationis earum facte per eos alij iniuste grauati sunt. Idem est si laici talia statuta cōdant in p̄iudicium ecclesiarum: extra de consti. que in ecclesiarum. r. c. ecclia: et obligant in solidū illi qui induxerunt cōditorē ad talem legem cōfirmendam statutarij et eorum heredes cōsiliarij scriptores iudicantes et ea seruantes vel exequentes: et delere tenent: extra de sen. excōi. nouerit. et c. grauē. et de vsuf. ex ḡui. in de. Obligantur etiam vicarij et alij officiales qm̄ ipozū ptās et capitane⁹ aliquid iniustū faciunt: nisi ipsi cōtradican̄t aut resistāt: vt. l. qm̄. l. ij. de appella. et Bal. hoc ibi firmat. Idem etiā est si fiat cōtra ius positiuū ad paupes opprimēdos et iusticiam impediendā. ex de imu. ecclie. quia nō nulli. r. c. qm̄. et se. h̄ec Raymū. et Hostien. i. summa de condentib⁹ leges iniquas. Item omnes cōdentes statuta cōtra ecclesiasticā libertatem et scriptores eozū: et ptātes. cōsules. rectores: et cōsiliarij lo eozū vbi talia statuta siue p̄suetudines edite sūt. v̄l obfuate: et qui ea fecerint obseruari: et qui iudicauerint fm ea vel in publicā formā redegerint iudicata ipso facto excōmunicati sunt. ex de sen. excōi. nouerit. r. c. grauē. Sal ad hoc faciūt que dicuntur infra fmone. xxxv. ar. ij. r. ca. ij. §. j. r. iij. Cōtra autē hm̄i leges cōdentes l. a. x. p. clamat di. Te qui condūt leges iniquas. et scribentes iniusticias scripserūt vt opprimerēt in iudicio paupes: et vim facerent cause humiliū populi mei vt essent vidue preda eozum: et pupillos deriperēt: et cetera mira.

Secundus quaternarius de eodem. l. a. ij.

Secundus quaternari⁹ est de his q̄ etiam damnis aliorū dant cāz efficacē. Primo iussioe seu p̄ceptoe. sc̄do cōminatione. tertio detractione. quarto adulatione. Primo quidē iussioe seu p̄ceptione. Ille nempe qui iubet fieri: prior et principalior cā est q̄ executor p̄cepti. et p̄ cōsequens plus influit: ex quo quidem plus obligatur et fortius. Ad hoc. r. j. q. iij. c. iulianus. r. c. si is qui p̄est. Secūdo cōminatione. sc̄. cuz quis verbis et modis cōminatorijs inducit alium quem ad inferendū damnū quod aliter non dedisset. Tertio detractione vel diffamatioe vtputa cū quis dicit aliquē spoliatioe dignū et cōsimilia: atq; detractione inducit tyrānos siue regentes siue potētes aut quoscūq; alios ad inferendum alteri damnū sine q̄ detractione non fuisset illatum damnū. La-

les inq; satisfacere obligant. Quarto adulatione. sc̄. sine qua tale damnū non fieret: vt cum quis laudat malefactorē quasi strenuū p̄pter quod ille ad damnificandū mouetur: talis inq; ad nocumentū prestat causam efficacem: quia vim habet cuiusdam consensus. Ad hoc. xcij. di. si inimicus est ipse circa medium.

Tertius quaternarius de eodem. l. a. iij.

Tertius de quaternari⁹ est de his quodq; qui dant cām efficacem aliorum damnis. Primo falsa aduocatione seu p̄curatione. secundo falsa sententiatione. tertio falsa accusatione seu denūciatione. quarto falsa testificatione. Primo quidem falsa aduocatione seu p̄curatione: cum. sc̄. aduocatus vel procurator cām iniustā defendit. Unde fm̄ Raymundū tenet ad restitutionem oim̄ que illi cōtra q̄s aduocabat p̄pter illi⁹ patrociniū iniuste amiserunt seu damnificati fuerūt. Vñ si p̄pter cauillationē suā abstulit aduersario cām bonā vel etiā si ipm̄ grauauit sup̄fluam dilationem petendo: v̄l allegando falsum cōtra cōsciam vel faciendo cauillosam positionem: aut instruendo falsum testē siue instruendo clientulum de negando veritatem aut p̄caci vociferatione impediendo p̄cessum quod quidē fieri potest: sicut patet. v. q. iij. in loco. iij. q. vij. si quis adeo. In omnibus his et cōsimilib⁹ aduersario tenet ad interesse nō solum criese sed etiā iuris. Nam tenet ponere p̄tem iniuste oppressam in statu sui p̄mi iuris. Aduertendum tñ fm̄ sc̄m̄ Tho. ij. q. lxxj. q. aduocato defendenti cām iustam licitū est prudenter occultare ea quib⁹ impediri posset p̄cessus eius. Nō tñ est licitum ei vti aliqua falsitate. Secūdo falsa sententiatione. Talis tamen sententiatio tripliciter fieri contingit: aut malicia: aut ignorantia. aut metu: sicut patet. r. j. q. iij. c. quattuor. ij. q. j. in p̄mis. Primo fit malicia: puta p̄ cupiditatē. odium. vel amorem. et tūc si causa est ciuilis: tenet ad restitutionem damnorū et puniē in triplo. Si autē est criminalis restituit damna et cōfiscationem patit̄ totius substantie sue: vt in auc. vt litigā. i. exordi. liurent. §. si quis aut. Secūdo p̄ ignorantiam vel imprudenciam: tunc punitur ex quasi delicto arbitrio iudicis: sed non in solidū. l. si. ff. d. va. et extraordi. cog. et insti. de obli. que ex q̄i. delic. in p̄n. et hoc ponit Jo. an. in. c. c. c.

eterni tribunal in verbo cōdemnam⁹. extra de sen. r. re. iu. in. vj. Tertio fit per metum: r tunc si cadat in constantem virū peccat mortaliter: sed non tenetur ad restitutionem nisi tempore accepti officij vel cōmissionis dubitās esset de inferendo metu: quia tūc non excusatur a restitutione damnoruz. Nam si quis timore cupiditate vel odio vel amore vel alias iniquā sententiam tulit ad plenariam restitutionem faciendam tenet leso. xj. q. iij. quattuor. r. q. j. in primis. Sed quid de illo p quo iuste sentētia lata ē. Nunquid restituere obligatur? Dicendum fm omnes doctores: q si habuit malam cōscientiā dum pendebat litigiū restituere obligat: neq sententia eū defendit sicut dicit de p̄scrip. extra de p̄scrip. c. si. vel si p falsos testes: vel falsa instrumēta vel falsas allegationes sciēter obtinuit tenebit in perpetuum: vt habet in. l. j. C. si ppter fal. alle. Sed si aū sententiā nō habuit cōscientiā malā sed postea: r nō appellauit: sentētia ipm defendit vt notat Hostien. in summa de sententia. ex. c. c. ij. in fi. Et idē de p̄scriptione completa dicunt Bern. r Hostien. extra de p̄scrip. vigi. lanti. nisi haberet cōscientiā remordentē quā remouere nō posset: quia tūc restituere obligat. extra de symo. p tuas. l. ij. Theologi vō dicunt r bñ: q etiaz post p̄scriptionem v̄l sententiam si habet vel incipit habere conscientiam q res fuerit aliena restituere obligatur de quo p Bar. in c̄uaganti ad reprimendaz in verbo p denūciationē r p Bal. in auc. ad bec. C. de vsuf. Et hoc exp̄sse p̄bat insti. de excep. §. Item si in iudicio. r hoc tenet Innocē. extra. de imu. eccle. quibus pleriq. Sed ibi distinguit de p̄scriptionibus an sit exceptio odiosa: vt in macedoniano. ff. ad mace. l. j. tunc tenetur restituere: aut fauorabilis r tunc nō tenetur. Tertio falsa accusatione seu denūciatione: de quibus quidē tenendum est. q si calūniose hoc opati sunt tunc tenent ad damni dari restitutionem: r sunt grauiter puniendi: vt notat ex de calūp. c. vlt. Sed r tenentur penitentiam agere si ad hoc ex odio processerunt: quia ex charitate hoc pcedere deberet. rxiij. q. v. prodest. Quarto falsa testificatiō: si em̄ p dictū falsorū testium aliqua pars amiserit causam suam. tenetur restituere totum damnū ei qui damnificatus est. ar. xvij. q. iij. si quis in atrio. rxiij. q. v. non sanc. ij. q. j. notū sit. Quidā tñ circa hoc distinguūt dicētes: q si testes fuerūt diligenter examinati et falsum testimonium scienter r voluntarie tu-

lerint: tenentur sicut dictum est. Si autē nō fuerint diligenter examinati: licet mortaliter peccauerint: quia fecerunt contra preceptuz dei r insup quia sunt piuri: tamē ad restitutionem non obligantur quia si diligenter examinati fuissent forte dixissent veritatē vel eorū falsitas paruisset.

Quartus quaternarius etiaz de eodem. Ca. iij.

Quartus quoqz quaternari⁹ sup addendus est de his qui etiā alienis damnis dant causam efficacē

Primo non defendendo seu preseruando. secundo non obuiando. tertio nō manifestando. quarto iniuste grauando. Primo inqz non defendendo: vñd si quis ex officio suo tenetur a damno alterum defendere vel preseruare: non tñ si ex malicia: verumetiam si ex notabili negligentia vel incuria aut impicia officio suo notabiliter indebita contingit illum damnificari cui sic tenetur totum illud damnū restituere obligatur. Verbi gratia sunt quidam qui ex assumpto officio tenent pupillos r viduas: hmoi etiaz sunt dñi qui cum redditus dominij habeāt ex officio tenentur subditos suos tueri. Stipendiarij etiam qui ex officio obligantur defendere eos a quibus in bello iusto stipendium habent. Ad dñi r corporū r animarum r maxime confessores ignari r negligētes notarij qui nesciunt condere instrumenta: vñd multi perdunt iura sua: iudices r assessores q ex ignorantia vel incuria iniustas proferunt sententias. Procuratores r aduocati qui ex eisdem causis amittunt causas iustas atqz cōsilia dātes. his etiaz possunt anumerari: Insuper naute r architectores r consimiles omnes. Tales inqz si ex eorum impericia vel negligentia quidem damnificantur satisfacere debent. Cuius ratio triplex est. Prima quia tenentur talia precauere. Secunda qz vnusquisqz tenetur sufficienter scire r exequi diligenter artem quā proficetur: maxime quando vergit in periculum alterius error suus. Tertia quia eorum impitia r negligentia habent quandā efficacem causalitatem damnificationis illozum: iuxta modum quo priuatio est causa priuationis: q etiam talis ignorantia seu negligentia non excuset: patet extra d. iniuf. r dam. da. c. si culpa. r. j. q. j. quicquid. Quid etiam de custodibus: qui etiaz eos nō

Dñica. iiii. i. xl. quod quis restituere obligatur

accusant quos reperiunt per ciuitatem euntes contra statutum post campanam sonum: quod scilicet condemnandi essent ad solum eorum verbum: Dicendum quod si tales hoc iurauerunt et transgressores negligunt accusare peiuri sunt et grauissime peccant: quia iustum erat statutum. Non tamen tenentur soluere statutam penam quam transgressores incurrere merebantur. Ratio est: quia nondum contra offendentes erat sententia lata. Cum nullus soluere obligetur sententiam antequam iuste sit lata de iure: sicut latius dicitur in sermone. xxvii. arti. iij. et c. ij. Si vero tales custodes aliquid inde lucrantur tenentur pauperibus erogare. Si tamen videant fieri damnum et non reclamant potissime quando de tali custodia salarium habent: de suo proprio satisfacere obligantur: et si a damnificatis aliquid acceperit debent pauperibus dispensare. Idem pro omnia dicendum est de his qui ex officio possunt ad custodiam vinearum: atque possessionum et eorum officium predictis modis iniuste agunt. Secundo non obuiando. scilicet malis et proximorum damnis. Et hoc quando homini de iniuria constat et obuiare potest: et sibi ex officio competit et incumbit. Sicut competit dominis et multis officialibus: et secundum Scotum tale obuiare intelligi habet: quando esset ad bonum rei publice et sine periculo proprie persone. Tales inquam non obuiantes in solidum restituere obligantur. Unde lxxxvj. di. c. facient scriptum est. Negligere cum possis perturbare peruersos. nihil aliud est quam fouere: nec caret scrupulo concessionis occulte qui manifeste facinorosi desinit obuiare. Si tamen ad hominis officium non spectat: et malis seu aliorum damnis cum possit non obstar: sed mortaliter peccet: quia non diligit proximum sicut seipsum. non tamen satisfacere obligatur. Insuper quis ad hominis officium pertineat et vergeret ad rei publice malum seu euidentem proprie persone periculum immineret: tunc non obuians: nec satisfacere tenetur nec in super ex hoc peccaret si obuiare in corde paratus esset quando predicta non impediret. Insuper est notandum: quod si quis capitaneus multos stipendiarios habet ad restitutionem tenetur de omni damno quod inferunt iniuste subditi sui si obuiare potest et non facit: ut tenet Ly. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Jul. de vi. Tertio non manifestando. Et hoc secundum Scotum. cum quis requisitus in iudicio ut sententialiter res furto sublata vel aliter iniuste

detenta posset restitui domino suo: et tamen veritatem dicendo non imminet sibi periculum status seu persone sue. talis inquam non manifestando omne damnum quod inde sequitur lesio satisfacere obligatur. Ad hoc extra de furto. c. qui cum fure. et xi. q. iij. quisquis. Ex his patet quod negans in iudicio testimonium prohibere in alterius detrimentum ei ad restitutionem recepti damni obligatur est. Unde secundum Bal. in l. presbyteri. C. de epi. et cle. Non solum falsus testis est ille qui loquitur falsum. sed et qui veritatem nouit. tacet cum interrogatur: quod optime in textu dicitur. l. probatur. Quatio non iuste grauando: ut puta quidam dominus seu communitas commisit cuidam ciui imponere quaedam certam collectam super subditos suos: secundum cuiuslibet facultatem: hic autem aliquid leuians quosdam amicos suos reliquos iniuste grauare necesse est. Talis inquam qui scilicet alleuiat eos citra valorem rerum suarum tenetur de illo damno satisfacere lesis si eos reperire potest: et quicquid inde lucratur est pauperibus dispensare. Si autem reperire non potest lesos: debet omnia predicta pauperibus erogare.

Quintus quaternarius ad idem Capitulum. v.

Quintum quoque quaternarium subiungamus. scilicet etiam de his quod dant furtis et damnis causam efficacem. Primo receptione. secundo conseruatione. tertio ne reddatur impeditione. quarto emptione. Primo autem quando quis predictis dat causam efficacem receptione. scilicet quando damnificans receptum habet ad illum sicut ad prestantem patrociniuum ad proximi nocumentum et damnum quod aliter non daretur. Ad hoc. xi. q. iij. qui consentit: ubi dicitur: Qui consentit peccantibus et defendit alium delinquentem maledictus erit apud deum et homines et corripietur increpatione seuerissima. Et subditur. Si quis peccantem defendit acrius quam ille qui peccat coerceatur. Secundo conseruatione res sua a domino reuoluntate non possit: quia tunc talis conseruans tali domino dat causam efficacem et per consequens satisfacere obligatur. Tertio furti vel rapine ne reddatur impeditione. Quod maxime contingere solet vxoribus raptorum et furum quod

immoderatis expensis ultra receptas dotes maritos ad restituendum faciunt impotentes: et sic de consimilibus. Quod intelligi habet: sicut patet infra sermone. xxxix. arti. j. c. ij. circa principium ubi loquitur de rebus habitis ab usurario. Quarto furti vel rapine emptione. Circa autem talium emptionem distinguendum est: quia aut homo ea emit mala fide aut bona fide. Primo autem si emit mala fide: etiam est iterum distinguendum: quia aut sciebat et credebatur esse rapinam. aut non probabiliter credebatur esse rem iustam: aut hoc nihil cogitavit. Primo autem si sciebat et probabiliter credebatur esse rapinam: tunc sex modis grauat empor. Primo quia semper rem restituere obligatur. neque liberatur vendendo vel qualitercumque alienando: neque amissione vel morte rei. neque si auferatur violenter aut inscienter de usu cadat seu quocumque alio interueniente casu quin restituere teneatur precium sicut infra patebit: unde emens furtum semper tenetur de casu fortuito. nisi in vno casu: puta si rem domino tempore et loco congruo obtulisset: et ille recipere nolisset. tunc quidam emptor purgasset moras. ff. de condi. fur. in re furata. Secundo quia tenetur restituere omnes fructus perceptos: et qui intermedio tempore percipi potuerant extra de restitu. spolia. grauis. Et secundum Raymundum intellige fructus qui super sunt deductis expensis illis que fiunt gratia fructuum querendorum congregantur conseruandorum que deducuntur tam a male quam a malefidei possessore. ff. de peti. here. l. si a pre. Tertio quia restituenda est secundum optimum eius statum. Puta si tempore sue emptionis vel venditionis sine intermedio tempore plus valeret: iuxta illud preceps restituendum debet. extra de restitu. spoliato. grauis. Ubi de hoc. et ff. de condi. fur. in re furtiua. ff. de rei vendi. l. si nauis. §. generaliter. et ff. de furti. in re furtiua. Hoc tamen intelligendum est secundum quosdam quando res non habet. Sed si res habetur dicunt sufficere que restituat eque bonam sicut erat quando fuit ablata. Item secundum Raymundum si res melior facta est postquam illam alteri vendidit tenetur etiam ad restitutionem plurimi. ff. de condi. fur. l. in re furtiua. Et hoc intellige de secundo tertio ac ultimo emptore malefidei. Quarto quia non potest a domino rei reperere precium quod de re dedit postquam deprehendit rem esse ipsius. C. de fur. l. in ciuile. Neque potest se defendere ratione statuti

super hoc editi: cum tale statutum sit contra deum. viij. dist. qui contra. xxij. q. vij. flagicia. Quinto quia non potest agere contra venditorem de precio sibi dato: obstat enim sibi turpitudine sua: et hoc nisi expresse caueret. x. q. ij. hoc ius. C. de rei vendi. si mancipium. Secundum tamen Alexandrum de halis in quarto talis potest rem emptam restituere vendenti ut recipiat precium quod de illa dedit. Magis enim potest sibi providere quam alij: debet tamen inducere furem ad hoc ut restituat eam christo domino rei. Sexto quia perdit expensas suas voluntarias. Nam talis contractando rem alienam furtum committit: et fur semper in mora est. L. de fur. l. ij. et ff. de conditi. fur. l. si pro fure. Et secundum hoc equus furto sublatus quantumcumque et quantumcumque expensis a fure melioratus restituendus est. Quibusdam tamen et satis discrete apparet: quod licet in foro seculo iudicio et ciuili: sicut dictum est equus talis est taliter restituendus. Tamen de quidditate naturalis iuris et conscientie bone videtur dicendum: quod iste restituere debeat inter esse rationabilium expensarum per quas equus melioratus est. Nisi pro quanto ciuile iudicium esset inflictum furi illi in penam. Idem quoque de consimilibus dicendum esse videtur. Concordat Raymundus. Secundo autem si rapine emptor non probabiliter credit rem esse iustam cum precedentibus in predictis sex sociandus est. Verbi gratia. Fuit ductus ignorantia iuris vel ignorantia facti. Ignorantia iuris. scilicet quia licet tunc crederet esse raptam: non tamen credebatur quod illam emere esset peccatum. et talis ignorantia non excusat. Nec etiam excusat ignorantia facti crassa et supina: ut puta cum quis tempore belli emit a quodam stipendiario calicem et missale vel paramenta et consimilia. Propterea omnes tales in foro conscientie restituere obligatur. ar. extra de de. excom. mini. aplice. xij. q. ij. que etiam humanis. xvj. q. j. si cupis. Tertio autem si de hoc nihil cogitat: et hoc propter fatuam ac temerariam simplicitatem in foro conscientie etiam satisfacere debet. Hec secundum Raymundum et hostien. Idem quoque dicendum est si de hoc dubitabat: quia securior preseligenda est secundum Alexandrum de halis. Secundo autem si emptor emerit bona fide: et tunc est etiam distinguendum: quia aut predictam emit ut eam domino satisfacere possit aut se pro comodo suo haberet. Primo inquam ut eam domino redderet scilicet recepto pre-

Dñica. iiii. l. xl. quod quis restituere obligatur

ciò & interesse suo cum alias dominus rem eam nullomodo recuperare posset vel saltem non tam faciliter rehaberet. tunc cum vitilif gesserit negocium domini rei. Ideo totum poterit recuperare precium & interesse suum: & si res sine culpa sua amittatur vel perire contingat tunc non tenetur. Et breuiter quicquid sibi adest ex illa re ut pensio merces fructus vel simile restituere obligatur. Et quicquid sibi abest ut precium moderate expense repetere potest: vel cum eo quod ex ipsa re sibi aduenit usque ad concurrentem quantitatem poterit merito compensare. Si autem talis emptor postquam fecit diligenter inquiri non potuit reperire cuius res erat: tunc quicquid res illa valeat ultra id quod emptori ipsi deberetur pro anima illius cuius extiterat res pauperibus eroganda est. Consulendum est rei secundum Raymundum: quod hoc publice fiat: ut omnis suspitio euetur & sic liberatus est: quia in hoc illius negocium vitiliter gessit. ar. xij. q. ij. quattuor. Sans concordant Hostien. & Raymundus. Secundo autem modo rapinam emit. scilicet ut pro comodo suo haberet: & tunc si probabiliter non credebat rem illam fuisse raptam: ut quia omnes vicini vel maior pars ita credebatur neque aliud verisimiliter exterminari debebat. Tunc hec bona fides quattuor sibi confert. Primo quia durante bona fide & conscientia non decepta rem illam restituere non tenetur. Sed si postea nouerit rem illam fuisse raptam. quia bellum credebat iustum & reperitur iniustum: tunc restituere obligatur. C. de fur. l. ij. Tenetur etiam extantes satisfacere fructus: de consumptis autem non tenetur propter bonam fidem: ut. l. fructus. & l. si ex diuerso. §. si. ff. de rei vendi. Secundo quia potest rem vendere & alienare bona fide durante. Sed si aliquid quod lucrum ex venditione rei consecutus est debet illud restituere domino venienti. ff. de condi. inde. l. naz & hoc natura. Tertio quia non tenetur restituere in fortuito casu durante. s. bona fide: si enim interim pereat sine culpa sua in nullo tenebitur domino respondere. Quarto quia post restitutionem rei si eam fecerit iudice sententiente: de precio quod dedit contra venditorem agere potest ut ipsum fuerit indemnus. xij. q. ij. vulturane. Aliter eum minime posset: unde dicat emptor domino rei quod ipsum ad iudicium trahat: & postquam citatus fuerit denunciaret venditori quod compareat atque defendat rem ipsam: et si res tunc ab eo euincatur:

tur: venditor tenebitur de euictione nisi tempore dande sententie emptor per contumaciam fuisset absens: vel nisi per iniuriam iudicis fuisset sententia lata. extra de emp. & vend. c. si. Si autem ad sacerdotis preceptum hoc fecerit in conscientie foro. in eodem quoque foro venditor inducendus est ut ipsum conferuet indemnem. ar. extra de emptio. & vendi. c. si. Si quis etiam plenius de talibus emptoribus licitis & illicitis satisfaciendis vel non satisfaciendis intelligere cupit: decurrat ad ea que dicta sunt supra ar. ij. c. j. in distinctione de subdito ad iussionem domini sui iuste vel iniuste bellante: quia in bello iusto habita licite vendi & emi possunt: quis tutius & melius sit ceteris pauperibus non se de talibus impediri. Sed quid si quis dubitat utrum res sit de rapina? Dicendum secundum Alexan. de balis in quaestione hoc de alienis rebus semper regulare est: quod homo talem rem restituere obligatur quando conscientia dicitur quod sit aliena seu cum esse dubitat alienam: siue obtinuerit per dationem siue per emptionem: debet autem illam restituere domino cum conscientia furis qui eam furatus est scilicet ut liberetur uterque.

Sextus quaternarius ad idem tendit. Ca. vj.

Extum quaternarium cum predictis addamus: de his quoque qui dant causam efficacem damnis alienis. Primo signo indicatiuo. secundo modo inductiuo. tertio dicto incitatiuo. quarto facto animatiuo. Primo quidem signo indicatiuo: sicut sepe contingere solet in proditiis & in guerris iniustis quando aliquis statuitur in certo loco: ut dato summi vel capucei aut alterius rei signo: gentes parate ad predam currant ingrediuntur et predeuntur ciuitates vel castra. Secundo modo inductiuo. s. cum aliquis aliquid operatur in ciuitate: ut puta cum ignem in aliqua domo accendit: ut cum gentes ad ignem extinguendum currunt proditio consequatur effectum: aut cum vnus in capta ciuitate vel terra ad sacco manum incipit ponere vnam domum vel eam incendit: Unde operari. id est. accendi alij indicunt. & sic de similibus. Tertio dicto incitatiuo: sicut sepe contingere solet quando

gentes deficientes animo non audent que-
dam impia perpetrare et aliqua damna dare
nisi ab aliquo verbis incitatus inducantur
In talibus autem fm Hostien. et Innocen. in
citationis efficaciam consideranda est. Nam q̄-
to in aliquo fuerit efficacior inductiva ad ma-
lum: tanto amplius satisfacere obligat. Quar-
to factio animatio: sicut euenit his qui in
guerris iniustus instrumentis bellicis solent
viri. Nam si tube et alia instrumenta in talibus
nil valerent ad quid portarentur ad illas: et
quia plurimum valent ad animandum et ad
dirigendum equos et gentes: propterea non
immerito vtentes in iniusto bello talibus in-
strumentis tantum restituere obligantur q̄-
tum ad malum efficacem dedit occasionem.

Septimus quaternarius etiam de eodem. Ca. vij.

Optimum quaternarium suprad-
damus de his etiam q̄ alienis da-
nis dat causam efficacem. Primo
tacendo. secundo consentiendo. Ter-
tio obuiando. quarto participando. Pri-
mo quidem tacendo. verbi gratia: quidam vi-
det proximum damnificari iniuste credit q̄
solo verbo sine periculo suo auxilium presta-
re possit iniuriam patienti et tacet: talis qui-
dem homo satisfacere damnum obligatur: si
tali modo obstaret obuiare ex officio teneba-
tur. Unde Proverb. xxiij. ca. scriptum est.
Erue eos qui trahuntur ad mortem: et eos qui
trahuntur ad interitum liberare non cesses.
Si autem talis ex officio non tenetur: licet morta-
liter peccet non obuiando malis sicut dictus
est non tamen restituere obligatur. Ad clari-
us veritatem percipiendam ponatur in pra-
ctica casus. In quadam ciuitate tractatur de
imponendo collectas seu tales clericis seu ali-
quid consimile contra ecclesiasticam liberta-
tem. proponitur hoc in consilio deliberan-
dum: quibusdam displicet hoc tanquam iniuste
factum: et licet non consentiant non tamen au-
dent contradicere manifeste: sed tacent: quid
ergo iuris? Dicendum q̄ si non timent peri-
culum vite vel status sui: aut alias incurrere
aliquod grande malum publice contradice-
re obligantur. Quod si fecerint licet eorum
contradictio nullum sortiat effectum sed col-
lecta clericis imponatur: tunc non tenentur
restituere nec etiam peccant: non tamen pro-
pter leuem timorem excusabiles sunt: sicut
quando magnum periculum imminet et pot

grauare multos. Si vero homo ex pusillani-
mitate non audeat publice obuiare: nec ceteri
ciues ciuitati et statui eum reputent infideles
si tali iniusticie non consentit: licet mortaliter
peccet non tamen fm quosdam satisfacere ob-
ligatur. Alij vero et probabilius dicunt h̄ ve-
rum non esse in his qui prohibere possunt et
non prohibent. Neq̄ in his quibus ex hoc p-
uenit comme dum singulare seu burfale: q̄
tunc efficaciter consentire videtur. Secundo
consentiendo quod intelligi habet quando
sine tali consensu talis damnificatio subsecu-
ta non esset. Ad hoc em. ij. q. j. c. notum sit. i
si. vbi scriptum est: q̄ facientem et consentien-
tem par pena constringit. Quod scriptum est
ex sententia Pauli. ij. c. ad rhomanos: vbi di-
citur. Non solum eos qui talia agunt sed con-
sentiant facientibus. Quod tamen intelligi
tur de consensu de quo loquuntur humane
leges vbi cooperationis affectus in opere de-
monstratur. fm Innocen. et Hostien. Idem
quoque dicendum est si aliquod damnum illa-
tum sit nomine tuo: et tu hoc sentiens habes
ratum in solidum obligaris fm Raymundi
xj. q. iij. qui consentit. s. duobus. c. se. et extra de
restitutio. spoliato. cum ad sedem. in si. q. fm
Sco. talis dicitur est consensus interpretat.
Tertio obuiando scz ne homo acquirere pos-
sit quod acquirere expectabat et erat in via ha-
bendi. Talis autem ad restitutionem tenetur
non tamen ex equo: quia minus est habere
in potentia et esse in via ad habendum q̄ ha-
bere in actu. Unde damnificans hominem de
seminato agro puta semina fodiendo: non te-
netur restituere totum valorem future mes-
sis: quia nunquam nisi in potentia fuit habita.
Et dubium erat qualiter fructificasset ager:
tenetur igitur tantum restituere quantum fru-
ctus agri in illo dubio potuissent vendi. Hoc
sentit Alexan. lombard. et Tho. Idem quoque
dicendum est q̄ tenens mutuum aut aliud de-
bitum ultra legitimum tempus a domino p-
concessum tenetur ad totum interesse dam-
ni: extrunc creditori propter hoc prouenien-
tis. Non tamen ad totum lucrum quod extrunc
illi probatur prouenisse si euz habuisset: imo
debet ei subtrahi tantum quantum dubietas p-
ditionum in mercationibus vel emptionibus
contingentium rationabiliter est pensanda:
et peritorum iudicio probabiliter estimanda.
Ad hoc tamen interesse dico illum taliter ob-
ligari: vbi defectus ipse soluendi proueniat
ex culpa sua: qui vero absque omni culpa sua

Dñica. iiii. i. xl. quod quis restituere obligatur

impo:ens sit ad soluendum: non sic stricte loquendum est. Insuper est notandum q̄ si creditor ex illa pecunia nil fecisset nec supponit fuisse facturum vnde lucrum aliquod consequi potuisset: vtpote quia pro certo supponit q̄ eam simpliciter expendisset v̄ seruasset in archa: tunc ad nullum intere lucrum sibi obligaretur. Sed qui de notarijs qui precio siue p̄ce testamēta destruunt siue occultant: vñ nō soluuntur legata ad p̄as causas nec alia debita. neq̄ fiunt restitutiones de male ablati certis siue incertis. Dicendum q̄ quando a notarijs seu a quibuscūq̄ alijs testamēta taliter destruuntur q̄ nunq̄ reperiri possunt: tenentur ad restitutionem omnium predictorum. Si autem solum occultant illa seu occulte conseruant grauissime peccant: neq̄ absolui possunt nisi illa publice vel priuate reuelēt. Tamen non credo eos ad restitutionem teneri cum heredes creditoribus et legatarijs semper remaneant obligati. Quod autem dixi de talibus testamentis. idem quoq̄ intelligendum est de quibuscūq̄ alijs scripturis siue mercatorum siue vsurariorum libris et consimilibus. Quarto participando. id est. qui de rapina edunt vel dono aut aliter recipiunt: omnia restituere obligantur. Quod tamen intelligendum est s̄m hostien. nisi consumpta essent anteq̄ intelligerent illa de rapina fuisse. C. de rei vendi. l. certū ē. His septem quaternarijs sufficienter ostensum est q̄ qui rapine et furto prestam causam efficacem: restituere obligantur: vt merito quilibz noscere possit qualiter a predictis caueat in futurum. Et de preteritis sufficiat iuxta posse. Quod et velle et perficere nobis concedat misericordia saluatoris. Qui cum patre spiritali uiuit et regnat in secula seculorum Amen.

Feria secunda post quartā dominicaz in quadragesima: quis etiam restituere obligatur vbi d̄clarantur quinq̄ quaternarij hominum qui vsuris dant causam efficacem. Sermo. xxxv.

Um fecisset

quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo. Joh. ij. c. Jam in p̄cedenti sermone declaratum est qui sunt q̄ rapinis atq̄ furtis dant

causam efficacem: et quomodo restituere obligantur. Nunc autem in presenti sermone tractandum est de his qui s̄m regulam in principio. xxxij. sermonis datā vsure prestam causam efficacem et in quo etiam obligantur. Tñ ad p̄sens non de ipsis vsurarijs: sed tantū de his qui predictam causam efficacem vsurarijs prestam: vt verificetur verbum p̄calle: quod Joh. ait. Cum fecisset. s. dominus iesus christus quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo: vt mystice innuat q̄ omnes tales de regno celorum quod ē templum nisi conuertantur ad deum: eijciendi sunt in tenebras exteriores et in incendia sempiterna. De talibus autem distinguere possumus dicentes q̄ triplex est hominum genus prestantium vsure causam efficacem. Primi sunt vsure adiutores. secundi eius reacquisitores. tertij eius retētores seu ne restituatur impeditores.

Articulus primus de his qui vsuris prestam causam efficaces ad lucrandum vsurarium adiutantes.

Primi autem sunt vsure adiutores scz qui ad acquirendas vsuras prestam causam efficacem. id est. sine qua non acquirentur tale vsurarium lucrum: et de hoc duos quaternarios distinguamus.

De quattuor primis generibus hominum qui ad lucrum vsurarios quandoq̄ efficaciter iuuant. Ca. j.

Primi autem quaternarius q̄ tuor genera hominum qui vsurarios iuuant in se comprehendit. Quorum primi sunt ad vsurarium accipientes. secundi sunt ipsi censales tertij vero sunt scribe seu tabelliones. quarti autem vsurarum testes. Primi ad vsurarium accipientes. Circa quod aduertendus est q̄ duo necessaria sunt ad hoc q̄ sine mor-

tali culpa homo tale mutuum suscipere pos-
 sit. **P**rimo q̄ qui hoc mutuum prestat non in-
 ductus ab alio sed a seipso ad tale mutuum
 dandum paratus sit. **S**ecundo q̄ qui mutuus
 suscipit ad hoc ob legitimam causam ex ne-
 cessitate cogatur vno istorum deficiente sem-
 per accipiens mutuum vsu rarium mortali-
 ter peccat: de quo potest ratio assignari. **P**ri-
 mo quia homo dat illi qui iuste minime acci-
 pere potest et cooperatur mutuanti ad iniu-
 sticiam exequendam cum tota vis contractus
 ex vtriusq̄ concordia consensu manifeste pro-
 cedat. **S**ecundo quia velle q̄ proximus mor-
 taliter peccet: vt ipse suam expleat inordina-
 tam affectionem prauum et impium esse vide-
 tur: et maxime si ad hoc illum instantia sua
 inducat. **N**am et si homo non esset in necessi-
 tate extrema: mortale peccatum esset aliquem
 renitentem inducere dare mutuum ad vsu-
 ram: imo potius liceret necessaria pro cōser-
 uanda vita illi rapere violenter q̄ illum indu-
 cere ad tale mutuum exhibendum. **C**uius ra-
 tio est: quia extrema necessitate omnia com-
 munita sunt. ff. ad. l. **R**od. de **J**ac. l. ij. §. cum
 in eadem in tex. et in glo. propterea taliter ac-
 cipiens minime peccat: sed taliter inducere ad
 mutuum dandum sine mortali culpa non po-
 test fieri. **I**deo potius tenetur homo velle in-
 edia mori: q̄ proximi velle animam interire.
Quare autem in hōmī hominibus cum dua-
 bus predictis conditionibus hoc licitum sit
 potest probari ratione auctoritate atq̄ exem-
 plo. **P**rimo ostenditur ratione. **N**am sic ea-
 de actio respectu agētis potest vtiq̄ esse mala
 et respectu patientis et consulētis bona et me-
 ritoria: quando. s. non consulit eam nisi in q̄-
 tum est bona vel ppter bonum: sic recipere
 mutuum ad vsurā potest esse licitū licet prestare sit
 malū. **P**otest enim recipienti per se et absolute di-
 splicere illa vsura: et potest cōsentire in illā solaz
 ei⁹ reditiōē absq̄ h̄ q̄ cōsentiat in acceptio-
 nem vsure in q̄tū vici⁹ est vitiosa. **E**t tūc licet cō-
 tract⁹ talis mutui fiat ex vtriusq̄ cōsensu: nō
 est tñ a cōsensu istū in q̄tū est vitiosus nisi p acci-
 dens solū. **S**ecundo quoq̄ auctoritate probat. **N**ā
 teste **A**ug. Aliud est bñ vti malo: aliud est male
 vti bono. **T**ñ itaq̄ vti malo nō est pctm̄ s̄ bo-
 num: cū h̄ etiā de⁹ agar dū pmittit cōmitti ma-
 la: et inde elicit iusticie bonū: s̄ male vti bono
 pctm̄ est. **Q**uā ppter bñ vti vsurarij malo: bo-
 nū est: vtz aut hō illo bñ dū p sua nēcitate mu-
 tuū q̄rit et absq̄ vsura h̄c nō valet. **N**ō illius
 vitiō delectatus: sed solū sua nēcitate coact⁹.
Pro qua aut necessitate hoc licitū sit: nō faci-

le diffinitur: cui⁹ id plus doceat vnctio chari-
 tatis et conscientia bona: q̄ ars seu sciētia ac-
 quisita. **N**on tamen necesse est expectare ex-
 tremam necessitatem. **E**x hoc autem manife-
 ste apparet: q̄ cum tale mutuum suscipit ad vo-
 luptates explendas in vanitatib⁹ lasciuis at-
 q̄ ludis et consimilibus vel vt homo lucretur
 amplius atq̄ dicitur: semp mortale peccatū
 est: quia malo illius non vitur bene. **T**ertio
 quoq̄ monstrari potest exemplo. **N**ā s̄m **A**u-
 gustinū in epistola ad plebicolā. **A**liud est in-
 ducere idolatrā nō solum vt iuret sed etiam
 vt p̄ idola iuret. **A**tq̄ aliud est recipere iuramētū
 p̄ idola factū ab idolatra nolēte aliō iurare:
 aut aliō iuramētū firmū nō recipiēte. **P**rimū
 q̄dē illicitū est. secūdū aut licitū. quia tūc hō
 vti⁹ malo bene: propterea licite potest compelli
 iudex hominē infidelem vt iuret per fal-
 sos deos vel iudeum vt iuret p̄ suam fidem.
 vel legem de veritate dicenda si nō potest ali-
 ter creditor suam pecuniaz re habere. **Q**uia
 tunc homo etiam vitur malo bene. **C**oncor-
 dat **R**ich. in. iij. di. xv. q. v. in fi. **S**ic quoq̄ est
 s̄m **T**ho. de eo qui incidit in latrones: cui li-
 cet eis manifestare et dare bona que habet ne-
 scz occidat. **Q**ue tñ bona ipsi latrones diri-
 piendo pximum et deum offendunt. **E**x pre-
 dictis igit patet: q̄ qui pro augenda substātia
 sub depositi nomine vel ad discretionem
 inducūt aliquas viduas seu alios ad tē mu-
 tuum sibi dandum: vnde quādoq̄ ex timo-
 re conscientie illud agere nollent: mortaliter
 peccant: quia tales non vitunt bene malo ali-
 quo in proximo preexistente: sed potius ad
 malum incitant et inducunt eos quod nō dūz
 in seipsis habebant. **S**ecundi sunt sensales
 seu messorij aut corratarij nuncupati: de qui-
 bus duplex consideratio fieri potest. **P**rimo
 per respectum ad mutuo indigentes. **S**ecun-
 do per respectum ad mutuum dantes. **P**ri-
 mo autem si considerantur quātū ad mutuo
 indigentes dupliciter peccare possunt. **P**ri-
 mo si mutuum querunt pro his qui non in-
 digent: sicut quotidie in depositis et contra-
 ctibus similibus fieri solet. **N**am quia mutu-
 um recipiens peccat. **I**deo necesse est eum q̄
 ei in hoc cooperatur: fiat etiam particeps ei⁹
 culpe abo vrentes malo vsurarij male. **S**ecundo
 etiaz peccat si necessitate cogēte v̄l nō cogēte
 pximum ad vsuram mutuum tribuere reni-
 tentem inducūt. argu. extra de homici. sicut
 dignum. §. qui vero. **S**ecunda consideratio
 fieri potest per respectum ad mutuum dantes.
Secm̄ enim **G**irald⁹ odonem dupliciter in hoc

Fe. ij. p^o dñicā. iiii. in. xl. quod quis resti. obli.

mediatores esse possunt. **P**rimo enim cum instant pro illis qui mutuo indigent et procurant ab illis qui parati sunt dare: tales in quibus nec peccant et minus satisfacere obligantur cum pro primo suo malo usurarii utantur bene. **S**ecundo vero cum instant pro parte et lucro usurarii. **T**ales in quibus non tantum peccant sed etiam in solidum satisfacere obligantur. **S**i tamen sunt ad hoc sic cooperati: quod absque cooperatio eorum illa usuraria prestatio minime esset. **R**atio autem predictorum ex dicto **P**bi. ij. et b. patere potest dum ait: quod medium compatum extremo sapit naturam extremorum. **T**ertii sunt notarii siue scribe seu tabelliones. **D**e talibus enim distinguendum est secundum **S**iral. odo. quod si scienter faciunt chartas vel conficiunt instrumenta de debito usurarum: ac si sit debitum legitimum et absque usura: sic chartas a duplo vel de triplo. **T**unc quidem tenentur reddere usuram acceptam si usurarius non restituant ipsi: nisi hoc facerent in fauorem receptoris mutui secundum quosdam et mihi placet. **R**atio est: quia eorum instrumentum est efficaciter cooperatum ad hoc ut usurario talis solvatur usura. **S**i vero in nota vel instrumento est facta expressa mentio de usura: tunc si quidem non tenetur: quia tunc non efficaciter cooperatur: quod tamen intellige nisi ubi esset consuetudo per talia instrumenta in iudicio cogere debitores ad soluendas usuras: quia tunc etiam modo predicto obligarentur. **A**d id etiam **H**ostien. quod tales notarii pluri sunt quia cum creantur iurant quod talia non conficiunt instrumenta: ergo nec de cetero testificari possunt nec publica conficere instrumenta. **N**am periurus testificari non potest quantumcumque penitentiam egerit. extra de testi. ex parte. et c. vlti. **E**x hoc etiam sunt infames quibus sunt omnes actus legitimi interdictioni. extra de testi. licet ex quadam responsi. j. **H**ec **A**rchi. dist. xlvj. sicut. **Q**uarti sunt usurarum testes: qui si scienter instrumentis usurariis consentiunt esse testes: et peccant et satisfacere obligantur secundum distinctionem que de notariis facta est. cum constet instrumentum sine testibus non obtinere robur. unde secundum quosdam huic impio lucro obstant eam efficacem.

De secundis quattuor generibus hominum qui usurarios ad lucrum efficaciter iuvant. **C**apitulum secundum.

Secundus quaternarius: quattuor alia hominum genera continet quod ad lucrandum usuram etiam efficaciter operantur. **P**rimi sunt socii vel factores. **S**ecundi sunt famuli usurariorum. **T**ertii sunt seruitores eorum. **Q**uarti sunt tutores filiorum usurariorum. **P**rimi autem socii ad usuram vel factores instantes ad mutuum dandum in usurariorum persona: ita quod apud eos residet quasi principalis auctoritas dominorum suorum: et tales nisi principales restituant satisfacere obligantur secundum **S**iral. odo. et hoc quia ad hoc efficacem causam instant. **S**ecundi sunt famuli usurariorum seu mercatorum qui pro eis in mercantibus et contractibus vendunt tempus: vel alias pro eis male lucrantur: et hi etiam ad restitutionem tenentur: et hoc secundum **R**odo: si in persona principali id agunt cum huic impio lucro prestet etiam causam efficacem. **T**ertii sunt seruitores qui si ad solam actualem et manuale traditionem mancipati sunt: ita quod ipsi non taxant precium usurarum aut contractuum impiorum. neque cum eis pactum contrahitur de usura quous ipsi presentibus et pecuniis tradentibus fiat. **T**ales in quibus semper in his mortaliter peccant: tamen restituere non tenentur nisi solus illa que sub ipsius de usuris retinuerunt. **I**stos autem intellige non teneri si absque omni inductione tradunt ipsam pecuniam ad usuram. nec postea coacti exigunt eam: aliter autem tenerentur: sicut infra ar. ij. et in ff. primi capituli apparebit. **I**n hoc conueniunt **S**iral. odo. et v. **Q**uarti sunt tutores et curatores vel matres et quicumque alij qui sine mandato gerendo negotium alienum pro alijs fenerantur: tales in quibus ad restitutionem tenentur secundum **A**lexan. lom. et **R**od. quia talium contractuum fuerunt ministri auctores: et sic ad tale lucrum presterunt causam efficacem. **P**otest etiam hic queri: nunquid pupillus potest dicere tali tutori tanto tempore habuisse pecuniam meam: propterea peto pro ea licitum lucrum: usuram autem nolo. sed interesse meum: tamen predictum lucrum dicit se retinere velle cum protestatione prefata. nunquid hoc licite potest fieri. **D**icendum quod talis pupillus facta protestatione predicta restituere non tenetur sed tutor nisi usuraria quantitas excederet moderatum lucrum interesse. **T**unc enim superfluum lucrum retinere non posset sed illud restituere deberet tutori qui tutor restituere

debet vsuras et sibi imputet imprudentiam suam. Si autem pupillus recipiat predictas vsuras sine protestatione prefata: predictas vsuras restituere obligatur. Sed contra tutorem agere potest ac ab eo petere interesse. Si vero tutor pecuniam pupillo restituat: nihil illi dicat quod lucrum predictum vsurarium sit: de minus lapsa temporis pupillo dicit illud fuisse vsurarium lucrum: tunc pupillus ei credere non tenetur: neque illud restituere obligatur secundum quosdam. Ratio est: quia pupillus non approbabit quod ille fecit nec de vsuris aliquid dicit tempore quo debebat. Propterea tutor ipse tale lucrum restituere obligatur. Sed nunquam omnes predicte quatuor generationes scilicet socii: vsurarioz famuli: seruitozes et tutores. Atque quilibet alij: videntur filij familias qui pro patre vsuram fecit: et alia quatuor hominum genera: de quibus in sequenti capitulo patet: et consimiles possunt inuitis illis accipere pecuniam ad quantitatem acquisitae vsure et restituere his qui habere debent. Dicunt quidam quod sic: quia tales non committunt furum cum pecunia illa vsuraria non sit illorum. Sed cum per efficacem causam predictorum scilicet socioz et consimilium: et per intermedium illorum tale iniustum lucrum deueniat ad manus vsurarioz: et ad restitutionem obligati sunt ipsi mediatores: iustum esse videtur ut que causa illorum iniuste ablata sunt de lege nature iuste licentiam habeant illa satisfacere: ne ipsi de proprio satisfacere teneantur. Quod etiam videtur sentire Chrysostomus. qui extra de reg. iur. ca. i. ait: Unumquodque pro quascumque causas nascitur per easdem dissoluitur. Propterea predicti dicunt quod ad hoc agendum prenominati tenentur: et in hoc agendum suam curam atque illorum qui iniuste detinent illa. Hec autem credo intelligenda in conscientie foro: et ubi nullum de alijs inconuenientibus subsequeretur: de quibus in sermone xxxij. ar. i. c. ij. plenius dictum est.

Articulus secundus de his qui vsure prestant causam efficacem dum scilicet pro vsurarijs reacquirunt fenus.

Secundi vero qui ad fenus prestant causam efficacem sunt vsure reacquiritores: qui licet etiam non fecerint contractus vsurarios: tamen

vsuras per litigia coactiua vel aliter diuersimode reacquirunt. Et de his duplicem quaternarium subiungamus.

De primis quatuor generibus hominum: qui ad reacquirendas vsuras vsurarijs efficacem causam prestant. Ca. i.

Primus quaternarius quatuor hominum genera comprehendit. Primi sunt tutores. Secundi sunt vidue matres. Tertij sunt vsurarios sociantes. Quarti sunt vsurarioz famuli vel factores. Primi sunt tutores et curatores: qui licet non fecerint ipsi contractus vsurarios pro pupillis: tamen pro eis accipiunt vel exigunt vsuras. Tales inquam quia huic impio lucro prestiterunt similem causam efficacem. secundum Alexandrum Lombardum. restituere obligantur: si ille cuius nomine acceperunt non est solvendo vel non vult satisfacere. Hoc etiam sentit Bar. baxic. l. c. sicut non suo. xlvj. di. ubi ostenditur quod sicut prohibet homo vsuras accipere nomine suo: ita et nomine alieno. Huius etiam ratio est: quia facientem et consentientem par pena constringit. ij. q. i. norum. in fi. imo quod grauius est si tutor nomine pupilli exigit predictas vsuras etiam post depositum officium: potest agi contra ipsum. xlvj. dist. sicut non suo. in tex. et glo. Sed quid faciet tutor qui a communitate artatur tutelam suscipere cuiusdam pupilli qui multa habet suscipere de vsuris? Dicendum quod coram episcopo ciuitatis et potestate protestari debet: quod a debitoribus non exiget nisi capitale et de vsura se non intromittet: et de hoc faciat fieri publicum instrumentum. Secundi sunt vidue que pro se vel pro filijs recipiunt vel exigunt in iudicio vel extra iudicium maritorum suorum vsuras aut lucrum contractuum impioz. Iste quoque restituere obligantur cum tali iniusto lucro efficacem prestent occasionem. Tertij sunt socii impioz lucro: sicut venditores terminorum et consimilium: qui etiam restituere obligantur non solum ea que pro se acquisierunt verum etiam quicquid in iudicio vel extra iudicium pro socijs suis exigunt vel recipiunt cum in his etiam prestent causam efficacem. Quarti sunt factores vel famuli qui per litigia coactiua vsuras exigunt vel lucra contractuum impioz.

Fe. ij. p^o dñicā. iij. in. xl. quod quis resti. obli.

Tales enim omnium que opere eorum de talibus acquiruntur ad restitutionem tenentur quia in talibus efficaciter cooperantur.

De secundis quattuor generibus hominum qui etiam ad requirendas vsuras efficaciter faciunt. Ca. ij.

Secundus quaternarius comprehendit alia quattuor hominum genera qui etiam ad reacquirendas vsuras prestant causam efficacem. Quorum primi sunt aduocati. secundi mutui gratuiti impedientes. tertii sunt communitates ad vsuram mutuantes. quarti reges principes vsure fauorem dantes. Primi sunt aduocati et procuratores quorum patrocinio et fauore scienter vsure in iudicio vel extra iudicium reacquiruntur: et licet scripture que eis porriguntur appareant iuste et non de contractibus vsurarij: tamen quia de talibus fallacis sunt et esse debent experti et auisati. ideo in talibus eorum conscientia requirenda est. Nam si cum sciant quod tales sint contractus vsurarij homini lucris fauent seu ad talia reacquirenda seu defendenda cum effectu laborant restituere obligantur: quia ad hoc dant operam efficacem. Quicquid agant homines intentio iudicat omnes. Hec sentit Innocentius et Hostiensis. in. c. michael. extra de vsur. et Archidiaconus in. c. si quis oblitus. xiiij. q. iij. Secundi sunt impedientes. scilicet cum sunt aliqui qui cuidam volunt mutuare pecuniam gratis: et alij hoc impediunt et inducunt illas dari mutuo sub vsur: seu est aliquis qui vult contractum facere cum quodam et licito modo: tertius vero hoc impediens reducit factum ad contractum vsurarium et iniustum. Tales inquam impedientes secundum modo. restituere obligantur: quia impediunt indebite proximi utilitatem impediendo ne mutuum gratis detur aut quod contractus licite fiat: et sic in talibus prestant causam efficacem ad impium lucrum. Tertii vero sunt ciuitates et terre seu quecumque collegia que recipiunt vsurarum emolumentum et fructum. De quibus querit Hostiensis. in summa de penitentia. §. si. q. si. quid de ciuitatibus vtrum ad receptorum vsurarum singuli teneantur et dicit quod sic licet vniuersitatis causa non sit singulorum. xij. q. ij. qui manu mittitur. Ratio huius est: quia quantum pertinet

ad delicta omnes hi qui sunt consentientes et agentes puniuntur et singulariter obligantur non quidem tanquam vniuersitas que animam non habet. neque tanquam vniuersis: sed tanquam singulari: extra de vsur. conquestus. vij. q. i. sicut vir. xxiiij. q. iij. si heres. ff. de his que me. causa. l. metum. §. animaduertendum. Et hoc intellige verum in his quibus hoc plus ratum quam habent atque consentiunt vel prohibere possunt et non faciunt: de sententia. excom. quare. Hoc tamen intelligunt quidam de regentibus et prohibere valentibus. Secus autem de alijs non principalibus gubernatoribus vel alijs ignorantibus non prohibere valentibus nisi participauerint commodum singulare siue burlesale quia tunc efficaciter consentirent. Idem quod Archidiaconus in. c. ij. xlvij. di. sentire videtur: dicens quod omnes singulares personae tenentur: quarum consensu atque auctoritate id factum est et in statu damnationis sunt. Idem quoque dicendum est si collegium aliquod accepit pignus in casu non concessio. extra de vsuris conquestus. ar. vij. q. i. sicut vir. xxiiij. q. iij. si heres. ff. quod me. causa. l. metum. Idem quoque sentire videtur Job. an. post ala. in. d. c. conquestus. Cum his etiam concordat Raymundus et alij plures. Quarti sunt reges et principes: atque alij terrarum domini. de quibus extra de vsuris post miserabilem. scriptum est iudeos ad remittendas christi anis vsuras per principes et potestates compelli precipimus seculares. Aliter tamen Lom. ait. quod tales domini qui in terris suis vsurarios tenent: licet mortaliter percent: tamen nihil obligantur restituere si nihil ad eos de bonis eorum peruenit. Neque est simile de auctoribus mali qui efficacem causam prestant. Et de his qui sunt mali causa per accidens: putata quia tale malum in patria conseruant vtiliter fiat. Si autem predicti domini cogunt debitores dare vsuras secundum modo. tunc ad restitutionem tenentur etiam si nihil ad eos peruenit: tamen de hoc in fine sequentis articuli plenius distinguemus. Sed forte melius sentit v. di. quod tales qui cum possint non compellunt ad restituendum vsuras: tenent etiam si nihil peruenit ad eos. Cuius ratio potest esse: quia sicut supradictum est habent ab ecclesia in preceptis saltem de iudeis: quod si non obseruant: cum ex eorum officio incubat eis: interpretati sensu se hinc demonstrat. iuxta illud. Propter carum scripto processiois occide quod manifesto facio

desinit obuiare. extra de homi. c. sicut dignū
§. iij.

**Articulus tertius de his qui
prestant causam efficacem ne vsu
re valeant satisfieri.**

Tertij vero qui causam efficacem p
stant fenozī sunt vsure retentores:
seu ne restituant impeditores: qui
scz modis varijs efficacē prestant
impedimentū ne fenus satisfieri possit: de qz
bus diuerfos quaternarios subiungamus.

Primus quaternarius impe
dientium ne vsura valeat satisfi
eri. Ca. j.

Primus quaternari⁹ quattuor ge
nera hominū in se comprehendit q
impediunt ne satisfiat vsura. Pri
mi sunt vsurariozū vxores. secū
di vsurariozū filij ⁊ familia. terij vsurarij
nupta filia ⁊ maritus eius. quarti sunt vsura
riozū heredes. Primi sunt vsurariozū vx
res. De quibus distinguendum est: quia aut
mulieris maritus est soluendo vel non. Pri
mo aut si est soluendo fm Alex. lombar. tūc
si sint ibi aliqua bona de iusto ⁊ sepata sunt d
illis expendere seu viuere potest. Si aut sunt
ibi aliqua bona de iusto sed ita mixta cum im
pie acquisitū qz discernere minime potest: ad
hic de illis expendere potest dum tamen in
mēte habeat viuere de iusto. Rodoz. Rodo.
Idem etiam addit: qz si talis vxor de oue et
boue siue de qcūqz alia re habita de vsurlo
medere non possit vltra casum necessitatis si
cut infra patebit. Si tamē res sit empta d vsu
ra possit inde comedere etiam sine casu extre
me necessitatis. Cui⁹ ratio est fm quosdaz qz
cum in vsura dominiū transferat: non est ne
cesse restituere rem habitam p vsura: sed so
lum vsurarium ad satisfaciendum non face
re impotentem. Secundo autem si vsurari⁹
nō est soluendo: puta quia nihil habet nisi d
vsuris: vel quia omnia bona sua pro vsuris re
stituendis merito obligata sunt: licz de bene
acquisitis habeat quedam. Tunc fm Siral.
Addo. etiam distinguendum est: Quia si ta
lis vsurarius habet aliqua que nō sunt em
pta vel habita de vsuris ⁊ dos vxoris ibi fuit
pzi qz predictē vsure: potest ⁊ debet inde sol

ui etiam dato qz vir eius non habeat sufficiē
tiam ad soluendū vsuras. Si dō nō sunt ibi
nisi empta vel habita de vsuris atqz predicte
vsure ibi pmo fuerūt qz ipsius vxoris dotes:
tūc ipsa restituere cogat quicquid pro victu
suo seu quocūqz alio modo accipiet inde: qz
ei ad non restituendū prestat efficacem cām.
Sed omnia supradicta intellige nisi in casu dū
causam expoliatoz agit. s. mouendo ⁊ indu
cendo p posse ad restituendū. quia tunc nō
tenetur de his que expendit seu consumpsit
eo tempore quo causa eius emendationem si
deliter laborauit etiam si restitutio nō sequa
tur. ar. xi. q. iij. quoniaz multos. extra d sen.
excō. inter alia. Nam qui vtiliter alterius ne
gocium gerit etiam absentis ⁊ ignorantis li
cite recipit expensas. Non tamen fm Rodo.
de talibus potest viuere per totum annum p
pter vnā admonitionem vlt etiam propter
duas. sed qz diu cōtinue instat oportunitis ho
ris. Concordat in hoc etiam Hostien. Si au
tem de correctiōe vsurarij nō remaneat spes
⁊ in vxorem suam crudelis est: ⁊ de impie ac
quisitis viuere eam cogit. Quid habet age
re talis vxor. Dicendum qz triplex remediuz
habere potest fm Raymundū. Primum qz si
ibi aliunde victum procuret vel ab amicis vlt
a consanguineis suis: aut proprijs manibus
laborando siue alio modo honesto: si oportz
etiam mendicare dummodo sine inhonestas
tatis periculo fieret. Secundum vt denunci
et his qui proderere possint: vel etiam si probabi
liter potest denunciare episcopo vt compellat
eum pascere vxorem suam de iusto. ij. q. j. si
peccauerit. extra de iureiur. quē admodum.
xxij. q. v. hoc videtur. Sed fm Hostien. h
remedium inane est si talis mulier habet mari
tum crudelem: vt patet extra qz me. cau. c. j.
Ternum remedium vbi aliud nō possit age
re: nec per elemosynas honeste querere: ne
qz alio modo licite inuenire: ex quo ita artata
est poterit inde comedere ⁊ nō tenetur: quia
tempore tante necessitatis ⁊ a furto excusare
tur in totum. Necessitas enim non habet legem.
de cose. dist. j. sicut. ⁊ dist. v. discipulos
extra de Reg. iur. quod non est. Si autēz pe
riculum mortis non imminet manifeste ali
quod peccatum committere videretur: pro
pterea aliqz pnia ei ad cautelam iniungen
da est. ar. extra de fur. si quis per necessita
tem. extra de homi. c. ij. Quicūqz tñ talia su
mit cum magna parcitate sumere obligatur
⁊ intm dolere debet atqz pponere in mente

Fe. ij. p^o dñicā. iij. in. xl. quod quis resti. obli.

sua & si vnq̄ et q̄cito poterit restituere quicquid inde expendit: et hoc satis securum est. Quartū remedium potest addi: q̄ talis vxor res domus modo licito augmentet atq̄ conseruet: quia hoc etiam cedit in creditorū utilitatem. Quintum quodq̄ superaddatur q̄ si vir eius habeat plura incerta vbi sufficiat ad satisfaciendum certis: potest tali vxori p̄ episcopum p̄videri. Om̄ib^o aut̄ supradictis remedijs potest vti vxor vsurarij si de vsuris mulier habeat dotem & vir nihil habet nisi restitutioni obligata: sicut predictum est. In omni tñ casu predicto tenetur vxor reddere debitum viro suo & eod̄verso nisi subsit aliud impedimentum. xxxij. q. v. si dicat. Concordat etiam his Hostien. & plures alij. Secundi sūt filij & filie & familia vsurarij qui viuunt de vsuris. De quibus ē distinguendum s̄m Girald. odo. quia aut vsurarius est soluendo vel nō. Primo aut̄ si est soluendo & habeat alia vltra ea que soluere & satisfacere obligat: de illis vi uere possunt cum distincōe in principio h^o capituli de illicito aduenientibus habita de vxore. Secundo autem si non est soluendo quicūq̄ de familia eius quicquid pro suo victu vel quomodocūq̄ acceperint satisfacere cogant̄. Quia illum ad satisfaciendum faciunt impotentem: & ad hoc prestant causam efficacem. Excusari aut̄ tales & cōsimiles possunt propter quinq̄. Primo p̄pter pcuracionem. secundo p̄pter recompensationem. tertio p̄pter restauracionē. quarto p̄pter ignoranciam. quinto propter necessitatem. Primo in q̄ excusari potest homo in hoc p̄pter pcuracionem hoc est si causam spoliatorū agit id ē. dum procurat fideliter q̄ eis restitutio fiat: sicut de vxore supra in hoc. c. dictum est. Secundo propter recompensationem: quia sc̄z et tñ restituit q̄tuz de suo accepit: sicut cōtingit in emptionibus: in opibus mercenarijs: in cōmurationibus. & cōsimilibus: & s̄ hoc in sequenti. c. s. iij. latius dicitur. Tertio p̄pter restauracionem. i. si se restauraturum proponat: & ad hoc facultatem se habiturum probabiliter credat. Quarto p̄pter ignoranciam: quia sc̄z nesciat homo rem esse talē nec causam habeat hoc sciendi illum videlicet eē talem. Quinto p̄pter necessitatem puta q̄tū ad hoc: quia filioi atq̄ filiole in tali etate sūt q̄ aliter cōmode viuere nō possunt. Ultra p̄dicta potest etiam queri. Si dum viueret tñ pater expendit. ccc. libras in studio pro filio

suo vt doctor efficeretur: cuj nihil nisi de vsuris haberet: cuj de vsuris habuisset mille p^o mortem non dimisit filio nisi quinquaginta libras. Queritur vtrum de illis. ccc. Tit^o ad restitutionem sit obligatus? Ad quod dicendum q̄ si pater Titij non erat soluendo quādo filium in studio nutrebat: tñc distinguendum est. Nam si Titius crederet q̄ pater suus sibi de bonis licitis prouideret ratione bonæ fidei: de rebus iam consumptis satisfacere non tenetur. sed solum de extantibus. Si autem nouit suum patrem de vsuris omnia possidere propter conscientiam lesam quam habebat in vtendo alienis rebus debet illas. ccc. libras restituere s̄m diuinum ius. Et sic d̄ cōsimilibus idem iudicium fieri potest. Tertij sunt filia vsurarij atq̄ maritus eius. De quibus notandum est: q̄ si quis accepit filia vsurarij in vxorem qui nihil tunc tēporis habebat nisi reddendum. Tunc s̄m quosdam dotem quam inde accepit cum filia reddere nō tenetur: si nō crassa sed probabiliter ignorancia ductus fuerit: quia sc̄z probabiliter crederet socerum non esse vsurarium: aut preterillam dotem habere sufficientiam ad soluendum. Sc̄m vero Girald. odo. aliosq̄ solēnes doctores talis gener ex quo scit q̄ dos accepta quando eam accepit erat necessaria ad soluendum & iam alia debita reddi: non potest tales dotem cum bona conscientia retinere: si certum est hi quibus primo talia debebant. Cui^o ratio est: quia de aliorum rebus nullatenus s̄m deum illa potuit dotari. Sed tamē si vsurarij filia talem dotem vult restituere: & ei^o maritus obstat: culpa erit mariti nō vxoris. et si illa proponat dotem illam satisfacere si vir eius ante illum obiret. Si autem econuerso vir eius vult illam restituere: sed vxor eius obstat nec patitur illam reddi: tunc forte sufficit illi q̄ ipse non percipiat de bonis illis et proponat quando posset restituere illam. Si vero vterq̄ in satisfaciendo ex mala voluntate concordant ambo in statu damnationis viuunt. In remedium tamen periculi dici posset q̄ si pater talis vxoris siue ei^o heredes haberent sufficientiam ad satisfaciendum certum: tunc talis dos si parua est i^o corum: si autem magna in partem de incertis dyocesani posset cum tali muliere s̄m discretum iudicium dispesare. Consulendum est etiam tali mulieri de bonis vsure certis habenti dotem cum si bi nō potest aliter prouidere: q̄ si cōtingeret

eam p̄mori viro debet in fine vocare virum
 & filios si illos habet. Ac eis p̄testari dotē suā
 de vsur. fuisse. obsecrans & obtestans quate-
 nus restituant eā: quia illā nullo modo pos-
 sunt licite retinere: quod si nō fecerint non ei
 sed illis imputabit. Sed quid si pater vsura-
 rius dotauit filiam suā eo tempe quo etiā re-
 manebat soluendo: & p̄ cōsequens nō p̄pter
 dotes illas factus est impores ad soluendū
 Dic sicut patet in f̄mone. xxxix. ar. i. c. ij. cir-
 ca principiu. Quarti sunt vsurarij heredes d̄
 quibus f̄m Archidiaconum & alios canoni-
 cas est dicendū: q̄ licet aliter f̄m leges distin-
 guat: tñ de iure canonico heredes tenent ad
 omnia debita defunctorū in quorū loca succe-
 dunt: siue heres sit fili⁹ siue extrane⁹: siue ra-
 ptor siue alcerius. Siue talia debita fuerint
 ex cōtractu: siue ex maleficio vel q̄si: siue res
 puenit ad heredem siue nō. xvi. q. vj. si epi-
 scopum. extra de pigno. ex p̄sentiu. in fi. d̄ so-
 lut. c. j. de vsuris tua nos. de rapto. in lris. d̄
 sepul. c. fi. vbi plene de hoc. & de sen. excom. a
 nobis: & hoc intelligas si hereditas sufficit.
 Si autē hereditas nō sufficit ad omnia debita
 p̄soluenda. f̄m Ray. in iudicio anime: etiam si
 heres nō fecit inuentariū nisi q̄tū sufficit he-
 reditas nō tenetur. Secus autē in foro iudici-
 ali. f̄m Job. an. in nouella. vbi dicit q̄ si fecit
 inuentariū nō tenet ultra vires hereditarias.
 Quo autē ad iudicium anime illud indistin-
 te affirmat. Ad hoc quidem addendum est.
 q̄ talis heres ultra hereditatē tenet in iudi-
 cio anime ad omnia que p̄dictus vsurarius p̄-
 eo expendit si illa suscepit mala fide. Ratio ē
 quia ad nō restituendū p̄stirit causam effica-
 cem. Et hoc intellige si talia habuit eo tem-
 pore quo erat vsurarius nō soluendo. Sz qd̄
 de duobus heredibus vsurarij alter fact⁹ est
 nō soluendo. Dicendū f̄m Hostiesi. q̄ alit̄ in-
 solidum obligat & hoc vsq̄ ad quantitātē que
 ad eum de hereditate puenit. Ratio est: quia
 succedit in crimine: & etiam quia omnes res he-
 reditarie obligate sunt: extra de vsur. cuz tu.
 .s. fi.

**Secundus quaternarius eo-
 rum qui etiam efficaciter impe-
 diunt ne satisfiat vsura. Ca. ij.**

Secundus quaternarius etiā quat-
 tuor genera hominū comprehen-
 dit in se qui efficacem cām p̄stant
 ne vsura valeat satisfieri. Primi

sunt vsurariozum famuli. secundo vsurario-
 rum consanguinei. tertij vsurariozum serui-
 tores & mercennarij. quarti sunt vsurarij de-
 narios mutuantes. Primi sunt vsurariozum
 famuli qui scz nō ad exercendum fenus sed i
 domo vel in alijs negocijs seruiunt eis. De
 quibus dicendum est sicut de vxore vsurarij
 in hoc ar. & c. j. dictum est. Quia si vsurarius
 nō ē soluēdo nullo mō de bonis vsurarij viuē
 p̄nt. Neq̄ insup salarium suum ab eis susci-
 pere licet nisi duo ibi concurrant. Primus q̄
 ibi sit aliquid de licite acquisitū nō autē empta
 vel habita de vsuris. Scdm q̄ tale salarium
 prius fuerit q̄ vsure. His autē duobus cōcur-
 rentibus predictum salarium suum f̄m aliq̄s
 suscipere possunt etiam dato q̄ vsurarius si
 haberet sufficientiam ad soluendum vsuras
 de bonis autem illius viuere eis nequaq̄z li-
 cet: aliter darent ei ad non soluendū causā
 efficacem vbi vsurarius nō est soluendo. Se-
 cundi sunt consanguinei seu amici. domesti-
 ci focij & quicūq̄ alij qui de bonis ipsius vsu-
 rarij comedunt bibunt siue dono siue quocū-
 q̄ alio modo recipiūt vel in alienos vsus cō-
 uertunt. De quibus notandum est: q̄ si vsu-
 rarius non est soluendo q̄ omnia bona q̄ ha-
 bet non aut vix satisfactionem sufficientem licet
 habeat aliqua de licite acquisitis. Tales inq̄
 quicquid predictis modis susceperint satisfi-
 cere obligantur: quia etiam ad non satisfaciē-
 dum p̄stant causam efficacem. Si quis au-
 tem de hoc dubitat & res adhuc extat: satisfi-
 cere obligatur ne pro re temporali in discri-
 mine animam suam ponat f̄m reglam Alex.
 supra sermone. xxxiiij. qui est precedētis ser-
 monis ar. iij. & in fi. v. ca. datam. Tertij sunt
 vsurarijs seruietes et mercennarijs: de qui-
 bus dicendum est: q̄ si vsurarius quecumq̄
 habet obligata sunt pro vsuris seu non est
 soluendo: tunc distinguendum est. Quia
 aut illis seruiunt in rebus licitis et honestis
 et tunc si propter diminutionem substantie
 vsurarius non fiat magis impotens ad sol-
 uendum licite possunt suscipere condignam
 mercedem: et hoc quia vtilitas quam inde cō-
 sequitur vsurarius talis ex illozum opere cū
 mercede merito compensatur: et propt̄ mer-
 cedem mercennarijs datam pauperior mini-
 me dici p̄test: cum loco mercedis habeat cō-
 modum operum. Idē quoq̄ dicendū est de
 his qui vēdūt vsurario suas merces: qz si re-
 ciipiunt denarios de vsurario lucro: ipsi q̄q̄

Fe. ij. p^o dñicā. iiii. in. xl. quod quis resti. obli.

eiusdem valoris rependunt merces: vñd nō si alia causa subsit nō faciunt eum ad satisfaciendū amplius impotentē. Solet etiam dici fm Alex. lom. q. illi quib^o debetur aliquid ex contractu vel quasi aut ex maleficio vel q̄i possunt recipe quod sibi debet ex hōi reb^o dum tñ rem vsurariā furtiuā vel raptā nō recipiant in specie sua. Quod quidē in vsura ē verum fm illos qui tenent q̄ in vsura dñium nō transferē. Cui^o opinionis fuerunt Alex. de haliis. Bonauen. Ricb. Sco. in. iiii. di. xv. Hugo et Ray. in titulo de decimis. Cōtrarie dō opinionis fuerūt Hoffre. in ti. d. decimis. et Bern. extra de deci. ex transmissa. licet hoc nō dicat exp̄sse. et glo. xiiij. q. iij. in. c. si quis. et Tho. Scdm dō p̄mā opinionē nō debēt recipe res vsurarie in spē in solutionē: quia potest debitor qui eas dedit cōtradicare et illas repetere creditori. Aut tales seruitores seruiunt vsurario in illis in quibus eū ad satisfaciendum dum recipiunt salariū faciūt impotentem. Et tunc licet si seruiant ei in rebus licit^{is} et honestis nō peccant: imo q̄nq̄ apud deū plurimum mereant: tñ salariū seu p̄cium suscipere minime possunt: cū ex hoc ad eum satisfaciendum faciunt impotentē atq̄ ad hoc p̄stāt causam efficacem. Hōi sunt medici barbitonfores et varij consiles. Et t̄ tales ab vsurario salariū acceptare nō possunt tñ in extrema necessitate illi subuenire tenent amore dei ex ipsa lege nature et ex ipso dei precepto. Luc. x. vbi ait. Diliges p̄mū tuū sicut teipm. Quarta aut sunt denarios vsurarijs mutuantes: de quibus distinguit vñ. quia aut bona fide creditor vsurario pecuniā mutuatur vt ex ipsa cōmodum suum faceret et licite lucrando forte ex ea se liberaret: et tunc recipe potest quod liberaliter mutuatur etiam si alias ille non sufficeret ad soluendas vsuras. Aut alia et nō iusta causa illam mutuo ei dedit: puta ad ludendum in alea. aut ad meretrices vel hystriodes et ad cōsimilia disp̄endum: et tunc nō pōt debitor ab illo recipe qui alias nō ē soluēdo.

Tertius quaternarius etiam de his qui efficaciter obuiāt ne reddat vsura. Ca. iij.

Tertius quaternarius de eodē subdendus est. In quo p̄mi sunt vsurarioz elemosynas acceptantes. secūdi oblationes recipiētes. ter-

tijs prochiales. quarti autem sunt prelati subscribentes. Primi sunt elemosynas acceptantes: de quibus distinguendum est: q̄ si vsurarij ppter hoc efficiantur non soluendo: et hoc intellige de certis. tunc qui recipit restituere obligatur. Secus autem si habent aliqua alia que non sunt de vsura seu p hoc ad satisfaciendum vsuram impotentes non sicut. Concordat vñ. Insuper est notandum: q̄ etiam si vsurarij essent non soluendo excusantur religiosi et predicantes qui vadunt vt ad penitentiam et ad satisfaciendum illos inducant si comedant de vsuris. et hoc maxime si apud alios comedere inuenire non possunt siue inducant illos predicatione generali: siue etiam per suassione specialit: extra de sentē. exco. cum voluntate. §. i. Quod quidem fm Raymundū verū est: si de correptione spes habilis habeatur: et si etiam ppter eorum expensas non subtrahatur vsurario restituendi facultas in toto seu in magna parte. ar. ij. q. vj. anteriorū. §. illud. Concor. Raymū. Archidi. et Hostien. Secundi sunt oblationes recipientes. Nam qui recipit eas ab vsurarijs manifestis: et quod accepit restituere obligatur et donec satisfecerit ad arbitrium episcopi sui ab officij sui maneat executione suspensus: extra de vsuris. quia in omnibus. in fi. Lauentat igit ne interim celebret: als fieret irregularis. hec est sententia Hostien. Sed fm Archidiaconū decretum illud nō est late sententia ferende. Raymūdus aut dicit q̄ si vsurarij manifesti ipso iure sunt excommunicati q̄nt ad ea que ponuntur in dicta decretali: quia in omnibus. §. ideo. Sed cui talis oblatio reddenda est: Dicēdū fm quosdam q̄ episcopo debet dari vt fm prouidentiam eius illi restituatur a quo est habita si iueniatur. Alioqn pauperibus disp̄setur. ar. xiiij. q. v. Immo lans. Scdm vero Alexan. lombar. et vñ. restitui debet illi qui eam dedit. Et hoc primo opprobrium sui. extra de homici. c. sicut dignum. §. eos. Secundo vt illi satisfacere possit a quo accepit. ar. extra de vsuris. cū tu manifestos: et hec sententia melior esse videtur. Qui autem sint vsurarij manifesti fm Hostiensem dupliciter demonstratur. Primo per notorium iuris. secundo per notorium facti. Primo quidem per notorium iuris dicuntur vsurarij manifesti quando sunt per episcopum in ecclesia publicati. Secus autem si ab episcopo tollerant. Secūdo aut p notoriū facti. i. p euidētiā manifesta scz cū tenēt paratā

mensam ad pecuniā mutuandā cuilibet sub
 vsuri: sicut meretric in p̄stibulo cuilibz stat
 parata. Ita habet in .l. palā. ff. de x. sig. Et p̄
 Bar. in .l. ij. ff. de fur. Si aut̄ sunt solū mani
 festi p̄ famā: nō tñ notorij quissimā hāc penā
 non patiunt. Tertij sunt parochiales quibz
 in curam plebs p̄cessa est z de aiabus curaz
 vsurarioz habere debēt atqz illos monere
 et corrigē obligant: sicut plenius in sermōe
 llij. arti. i. et. c. iij. differem. Quartij sunt p̄
 lati q̄ subscribūt atqz si gillant cedulas vsura
 rior. De q̄bus fm̄ Hostien. dicendū est. Q̄
 si platus nō legit tenorē vel etiā si legit z vsu
 ra non appareat ibi: qz forte maior q̄stitas ibi
 posita ē q̄ fuerit mutuata: atqz ipse plar nō
 diligent̄ p̄sideret fatue facit: sed tamen in ve
 ritate non p̄sentit. Si nō legit z p̄cipit verita
 tem: princeps est peccati z non cōmodi vsura
 rum. Nā subscriptio in multis p̄barionē in
 ducit ex de sen. z re iudi. Cum int̄ vos. Idez
 quoqz Boffre. sentit.

**Quartus quaternari⁹ adiun
 gatur etiam de his qui efficaci
 ter operant̄ ne de vsura satisfactio
 fiat. Cap. iij.**

Quartus insup de eodem q̄terna
 rius subiūgatur. Primi q̄rū sunt
 domos ad exercendū fenus locan
 tes. secūdi manifestos vsurarios ad p̄fessio
 nem indebite admittētes. tertij sunt notarij
 et testes vsurarioz testimonijs indebite assi
 stentes. q̄rti aut̄ sunt manifestos vsurarios
 sepelientes. Primi sunt domos ad fenus
 exercendū locantes vel quōcunqz accōmo
 dantes seu vendētes. Unde ex de vsuf.
 vsurarum yozaginē li. vj. grauissima senten
 tia lata est vbi p̄cipit̄ q̄ nullū collegiūz vel
 vniuersitas p̄mittat aliquos alienigenas vl
 aliquos non oriundos de terris eoz q̄ pu
 blice vsuras exercere volunt ad hoc domos
 in terris eoz p̄ducere aut alias habitare. Sz
 oēs h̄mōi manifestos vsurarios infra tres
 menses de terris suis expellant. Nemo illis
 ad exercendū fenus domos locet vel alias
 quocunqz titulo concedat. Qui contra fece
 rit si p̄sone sint ecclesiastice p̄iarche episco
 pi vel archiepiscopi suspensi sunt. Inferio
 res autem his persone singulares excōmu
 nicati sunt. Collegiū vel vniuersitas alia in
 dicti sententiā ipso facto incurrunt q̄ si p̄ mē
 sem sustinuerint indurato animo terre eozū
 q̄diu ibi vsurarij cōmorant̄ ecclesiastico sub

iaceant interdicto. Si autem laici fuerint p̄
 suos ordinarios per censurā ecclesiasticā cō
 pescantur. Circa hoc tamen aduertendū est
 q̄ recedentibz vsurarijs illis cessabit interdi
 ctum fm̄ Johan. an. Sed nunquid hi q̄ ven
 dunt eis domos incurrūt hanc penam? Di
 cendum fm̄ archi. w. et Johan. an. quia ibi
 dicitur quocunqz titulo ergo nec locare nec p̄
 cario p̄cedere nec eis vendere potest. Sz qd
 si ad fenus non p̄ducūt illas sed ad alia ope
 ra sua: Dicendū hoc non esse p̄hibitum. In
 dubio autem p̄sumitur ad hoc p̄ducere illaz
 si p̄sueuerunt exercere vsuras. ff. de actio. et
 obli. si cui. Queri etiā potest si restituere te
 nēt lucrum pensionis qui locant ad fenus
 vsurarijs domos. Et dicendū q̄ licet partici
 pes sint omnij peccatoz que in ea ex fenore
 perpetrant. Nihilomin⁹ ratione p̄tract⁹ lo
 cationis i quo lucro transfertur domū in lo
 cantem possunt tale lucrum non illicite reti
 nere: nisi vsurarius tunc impotēs esset resti
 tuere acquisitas vsuras: quia non posset re
 cipere pensionem nisi prius debuisset habe
 re. Secundi sunt manifestos vsurarios ad
 p̄fessionem indebite admittentes siue absol
 uentes. de quibus ex de vsuf. c. q̄qz. lib. vj.
 scriptum est. Nullus manifestoz vsurarioz
 testamentis interstit: aut eos ad p̄fessionē ad
 mittat siue ipsos absoluat: nisi de vsuris sat̄
 fecerint: vel de satisfaciendis p̄ vsurariū vi
 ribus facultatum p̄stent vt p̄mittit̄ ido
 neam cautionem. Testamēta quoqz manife
 stoz vsurarioz aliter facta non valeant sz
 sint irrita ipso iure. Sed nunquid ad salutē
 sufficit vsurario qui restituere hz in pericu
 lo mort̄ existēs q̄ condat testamentū super
 restitutione malozū ablatoz? Dicendū fm̄
 Alexan. lombar. oino q̄ non. De quo du
 plex ratio potest dari. Prima quia testamen
 tum est vltima sententiā voluntatis nostre de
 eo q̄ post mortem suam quis voluit fieri. Cū
 enī testans hoc voluit fieri post mortem: et
 post mortem locus penitentie nullus sit sine
 qua nullus vsurari⁹ absolui potest. Restat
 q̄ solum tale testamentū condens in statu sa
 lutis mime possit esse. Propterea oportet q̄
 in vita restitui velit: alias non dimittit̄ pec
 catum nisi restituatur ablatum: sicut dicitur
 de re. iu. li. vj. Secūda ratio est quia iusticia
 dei requirit vt ille satisfaciatur qui peccat. Un
 de sicut vsurarius est qui offendit: sic ipse de
 bet satisfacere in quo offendit. Non vtiqz h̄
 facit si relinquit in testamēto q̄ per aliū fiat.
 Si igitur satisfacere cupit ita q̄ ei remittatur

Fe. ij. p. iij. do. in. xl. quod quis resti. oblig.

peccatum quattuor eum obseruare oportet
Primo si pecuniam habet unde restitutio
fieri potest priusq; moriatur restitutione il
lam exponat per fidelem amicū. Secūdo q
sub voce preconia faciat se solennit preconizari: q omēs a quibus per se vel per aliū de
cuniam extorsit plenam et integram satisfactio
nem veniant recepturi. Et hoc quidē. Tū
vt qui debent habere plenius inotescant et
venire possint repetere sua. Tū vt scandalū
qđ in publice exercēdo vsuras multas ab eo
exhibitum est hoc quasi in publica penitētia
deleatur et emendetur: quia vt dicitur ex de pe
nitent. et remis. c. j. manifesta peccata nō sunt
occulta purgāda correctioe. Qđ si talis vsu
rarius non publice fecerit sicut Alexan. lom
bar. non debetur ei sacramentū nec ecclesia
stica sepultura. Tertio si vsurarū hz aliq; in
strumenta: ex tunc ea casset per publicū in
strumentū vel redigat ad debitum veritatis
Quarto si aliquid deficit explicandū vel de
bite obligādū faciat sibi fieri publicū instrum
tum atq; debita cautionē: sicut exprimit. l.
li. vj. de vsuris in dicto. c. qđ. Et sicut magis
vtriusq; iuris doctores eius fideiussor inte
liter et insolidū obligatur ad restitutionē o
mniū vsurarū certarū et incertarū: ac etiā ma
le ablatorum p vsurariū extortorū qđtum vi
res predictae hereditatis se extendūt. Et hoc
habito respectu ad tempus predictae cautio
nis. Nam licet tempore p̄sente cautionis p̄n
cipalis esset solūdo: demūq; eius facultates
exhauste essent aliter qđ in restitutionib; p̄dic
tis. Nihilomin; fideiussor remāebit ad om
nia obligatus. Et licet prosit inopie exceptio
p̄ncipali: non tamen fideiussori eius in dicto
casu. Ad hoc etiā queri potest de eo qui se
sponte obligat ad vsurarū restitutionē cre
dens bona vsurarū ad hoc sufficere et qđ nō
sufficiunt postea adinuenit: nunquid satisfa
cere teneatur de pprio suo? Dicendum enī q
aut pmisit et obligauit se distincte puta si tñ
haberet de bonis defuncti et tunc non obliga
tur nisi p tanto qđtum inuenit de bonis eius
Aut obligat se indistincte: et tunc si opus est
teneatur de suo supplere ita qđ integre soluat.
Ratio huius est: quia seipsum pprijs verbis
illaqueauit. Sed si hoc in intentione habuit:
nec tamen id verbis expressit: nunquid ex
cusatur? Dicendū qđ non quia statim magis
obligationi expresse qđ intentioni occulte: tñ
quia explicitē non expressit sibi imputet: qđ
non debent ppter stulticiam suam credito
res suo fraudari iure. Itē queri potest vtr

qui recepit per publicum instrumentū cau
tionem de restituēdis vsuris et male ablati
ad voluntatem suam possit sine peccato isti
relaxare hanc p̄missionē et instrumentū cau
tionis reddere vel cassare. Dicendū qđ si ille
qui se obligauit compos ē sue mentis et hoc
postulet importune cum salus eius esse de
beat in manu sua: neq; teneat homo salutes
anime sue cum suo scandalo pcurare. Nec
in super ppter hoc a vinculo debitorū rema
neat absolutus potest sine peccato hōi in
strumentū obligatiōis cassare. Contrarium
dō dicas si talis obligatus prelato suo esset.
Insuper aduertendū est qđ si vsurarius non
potest habere fideiussorem nec pignora: sicut
Iohā. an. iuret se facturū qđ cauet et sufficit
maxime si hoc verisimile est: ex de dona. inf
vi. et vxo. c. p litteras. His igitur p̄missis de
tur ei penitētia et non prius sicut precipit in
supradicto. c. qđ. Et si aliter quis absoluerit
eum thesaurizat super se iudiciū dei et animā
illius precipitat in pfundū: neq; ignorantia
excusatur: sicut patet extra d̄ iniur. et dam. da.
c. si culpa. Nec video quare a satisfactioe et
cuse possit: cum sicut ex precedentib; pa
tet ipse sit causa efficacior tantorū malorū. Tertii
sunt notarij et p̄dictorū vsurarioz testes qui
contra p̄dictam decretalez qđq; interfuerint
testamentis. Nam quicqđ notari; inde lucra
tus est restituere obligat. Et ppter inobe
dientiam peccant oēs tali testamēto p̄sentie
tes et animam vsurarū et suas in infernum
demergūt. Quarti sunt manifestos vsura
rios sepelientes. Tales enī eadem pena ple
ctuntur: sicut de recipiētib; eoz oblationes
in precedenti. c. dictum est. Et vltra hoc ipso
facto sunt excommunicati p de. j. extra d̄ vsur.
Sed quid de his qui non sepeliunt vsurariū
sed illum simulant sepelire: puta quia in se
creto ponūt capsam cum honorifico appara
tu ac si ibi talis vsurarū esset corpus. Dicen
dum sicut Ioh. an. et alios doctores qđ subiacēt
illis penis. Omnes igitur tales predicti mo
dis sepeliētes non possunt absolui nisi prius
ad arbitriū episcopi satisfecerint competent
quocūq; priuilegio non obstante: extra de
sepul. eos qui. in de. In his etiam includun
tur mulieres.

Quintus etiam quaternari;
supaddendus est etiam de impe
dientibus ne satisfiat vsura.
Capitulum. v.

Quintus et ultimus quaternarius etiam
 subiungatur de eisdem qui impe-
 diunt ne usura valeat satisfieri in-
 eos. Primi sunt testamentoꝝ usu-
 rarioꝝ executores. secundi hereditariū usura-
 rioꝝ defensores. tertij deo sunt piarū domo-
 rum gubernatores. quarti rei empte de pecunia
 fenebri retētores. Primi sūt usurarioꝝ te-
 stamentoꝝ executores. Sepe enī contingere so-
 let vt relicta usurarij bona non plene suffici-
 ant ad satisfaciendū debita certa: et nihilomi-
 nus ne usurarij funus careat ecclesiastica se-
 pultura cum ep̄o de certa q̄titate pecunie p-
 incertis conueniat executor: qua q̄dem par-
 te amota reliqua usurarij bona nō sufficiūt
 ad satisfaciendū plenarie certa. Executori gi-
 tur talis cum det causam efficacem q̄ qui de-
 beret habere certa de bonis usurarij nō pos-
 sint rehabere de p̄p̄ijs insolidū satisfaccē ob-
 ligatur. Sed de hoc plenius in sermōe. xxx-
 ix. arti. iij. c. j. Secundi sunt hereditariū usu-
 rarioꝝ defensores impediētes scilicet ne sat-
 faciat usure: sicut pcuratores et aduocati et q̄
 cuius sint alij. Omēs inq̄ tales ī totum satif-
 facere obligant ad q̄d ne redderet dederunt
 causam efficacem. Tertij sūt piarū domo-
 rum gubernatores siue rectores siue reli-
 giosi et ecclesiastice p̄sone siue seculares sint:
 qui q̄nq̄ sub pallio pietatis atq̄ cōis et maio-
 ris boni passim usurarioꝝ bona seu heredi-
 tates suscipiunt impediētes et efficacem cau-
 sam dantes ne certa certis valeant satisfieri:
 p̄pterea totū id ad q̄d talē causā p̄stiterunt
 satisfaccere obligant. Quartj sunt rei em-
 pte de pecunia fenebri retētores. Pone q̄
 usurarius de usure pecunia emit equū siue
 p̄ditiū aut domū: et hoc alteri donat: demū
 efficitur non soluendo. tunc fm Ray. debi-
 tor qui usuras soluerat rem illam p̄t emere
 a possessore et ille eant satisfaccere obligat. In
 tali nempe casu res loco p̄c̄ij succedit: sicut
 econuerso p̄c̄ij loco rei. ff. de pecu. heredi.
 l. si rem. ex de usuf. cū tu. vbi p̄cipit vendi
 possessiones q̄ empte fuerūt de usuris. Hoc
 tamen fm w. verum esse intellige quando rē
 talem habuit ex cā lucratua. Secus si emis-
 set vel alia n̄ lucratua causa et bona fide ha-
 buisset: cum hoc p̄cor. Goffre. et Hostien. Et
 addit q̄ si res illa ex causa lucratua postea
 ad alium ex simili causa puenire p̄tingat et
 iste ultimus fuit ille qui usuras soluerat seu
 repetere poterat ille cui prius res data fuit li-
 beratus est vt p̄tra eum non possit agi. ff. de
 actio. et obli. l. omnes debitores. Scdm etiā

Hostien. Si res empta de pecunia fenebri p-
 tertiam personam peruenit ex causa lucratua
 ad eum qui dedit usuras: usurarius mi-
 nime liberat. ff. de verbo. obliga. inter stipu-
 lantem.

De quibusdam qui non solū
 usuras satisfaccere obligant sed
 etiam maiorem excōicationem
 incurrunt eo q̄ usuris efficaci-
 ter fauent. Cap. vj.

Volo etiam vltra oīa que in p̄cedē-
 ti sermone dicta sunt attentius an-
 notari et pro vltimo capitulo sup-
 addi: q̄ sunt quidam qui super oēs p̄dictis
 tribus modis fauētes usuris culpabiles esti-
 mātur: grauiorizq̄ pena plectunt q̄ ipsi pess-
 mi usurarij. Hā grauioris culpe ecclesia san-
 cta determinauit esse efficaciter autēticare vsu-
 ras q̄ rapere per usuras: vnde ecclesia vsu-
 rarios excōicat excōicatione minori. extra d
 vsuris. in plerisq̄ capitulis. Efficacis autem
 autēticātes usuras excōicat excōicatiōe ma-
 iori. Proinde extra de usuf. c. ex graui. i. de.
 vbi ponunt excōicationes maiores p̄tra p̄-
 dictos efficaciter autēticātes usuras. Nam
 sicut ibi dicitur excōmunicati sunt potesta-
 tes capitanei rectores iudices consiliarij cō-
 sules et quilibet alij officiales qui delinquit
 in casibus infra scriptis. Primus est si sta-
 tutum decetero facere scribere vel ditare p̄-
 sumperit q̄ usure abvsurarijs exigi possint
 Secundus deo est si ad soluendū usuras de-
 bitores compellunt. Tertius est si quis iu-
 dex q̄ usurarijs soluāt usure p̄sumperit iu-
 dicare. Quartus est si de p̄dictis quis de-
 derit operam q̄ solute usure non repetant.
 Quintus est si statuta hactenus edita in vsu-
 rarum fauorē qui hoc facere possunt infra
 tres menses non deleuerint de libris cōita-
 tum. Sextus est si ipsa statuta seu p̄suetu-
 dines effectum vsurarū habentes p̄sumpe-
 rint obseruare: et licet iste excōicatiōes fm iu-
 diciū ecclesie grauissime culpe et pene sint: ta-
 men fm iudiciū seculare omnes in p̄fato ca-
 pitulo p̄tactō qui fm triplicem modum in
 tribus articulis huius sermonis est ostēsus
 offendunt grauius puniunt cum obligent
 ad satisfaccionē oīum vsurarū quas ipsi vsu-
 rarij sunt lucrati: nisi ipsi vsurarij restituant
 p̄dictas usuras: sicut d̄ hoc plenius in p̄-
 cedenti sermone. c. j. circa finem patet. Ad-
 ra quidem insania populorū qui in blasphe-

Fe. iij. p. iij. do. in. xl. quid et quā. resti. quis

miam diuine ac ecclesiastice legis impossibile putant esse populos stare sine usuris publicis et a cōmunitatib⁹ et a dñis autentice pbatis: cum manifeste clarescat sicut ex predictis apparet q̄ usuras efficaciter approbantes grauius puniunt et ad restitutionē grauius q̄ ipsi usurarij obligantur. Cum restituere teneantur sicut predictum est que non ipsi sed usurarij occasione eorum rapuerūt impie. Patet igitur ex predictis quomodo diuersimode plurimi usurarij prestant causam efficacez: et qui restituere obligantur: ac q̄ pena plectuntur vt merito ipsuz usure scel⁹ omnibus inhorrescat. Et ad restitutionē illi obligati satisficere se disponant vt et animas suam liberent et diuitias sempiternas acquirant per misericordiā dei filij iesu christi qui cum patre et spiritu sancto coeternus et gloriosus sit in secula seculorum Amen.

Feria tertia post quartam dominicā in quadragesima Quid et quomodo homo restituere teneatur. Sermo. xxxvj.

Nolite secundū

Nolite faciem iudicare sed iustum iudicium iudicate Johā. i. caplo. In precedentib⁹ tribus sermonibus satis sufficienter visum est quis satisfacere obligatus sit. Jam ad secundū et tertium p̄ncipale scilicet quid et quomodo pertractandum dirigamus sermonem. Sed attente circa hoc p̄sideranda sunt verba dñi admonentis et dicentis: Nolite fm faciem iudicare. scilicet quid et quomodo restituendū sit. Sed iustum iudicium iudicate. scilicet sicut inferius est declaratum. Unde cum ambe simul iste due religiositates cōmuniter concurrant de ambabus insimul differamus. Ad quarum intelligentiā insinuanda est etiam regula in p̄ncipio. xxxij. sermonis annūciata q̄ talis est. Omne damnum qd quis dat aut est causa efficax q̄ detur satisfacere obligatur. Ex qua regula elici potest q̄ triplex est damnum quod primo inferri solet. Primus est damnum spirituale. secundū damnum corporale. tertium x̄o damnum tpale.

Articulus primus de triplici damno spirituali quod proxi-

mo solet dari.

Primū damnum quod primo inferri solet est spūale. Scdm enī Sco. in. iij. di. xv. et. q. xxvij. Nullus potest in naturalibus bonis anime alteri inferre damnum cum ipsa naturalia bona sint incorruptibilia. Sed potest homo damnificari in bonis morum vel acquisitis: cuiusmodi sunt gratie et virtutes que corrumpi valent vel acquirēdis: quia per bona opera acquiri debent quorum acquisitio facile impeditur. Per peccata enim et vitia iam acquisite virtutes corrumpuntur et tandem vitia generantur et que debent ex bonis operib⁹ generari impediuntur. In his quoq̄ nō potest aliquis aliquem damnificare directe. Cum enī gratia et virtutes non perdantur nisi per vitiosos actus: nec etiam earum acquisitio nisi p̄ eosdem valeat impediri. Et peccatus atq̄ vitium adeo voluntariū est fm Augu. de vera religione q̄ si non sit voluntarie nō ē peccatum. Nullusq̄ possit directe in actum alterius voluntatis et persequens nec in peccatum eius: ideo p̄sequens est q̄ nec ablatio bonorum bonoz quisq̄ directe facere nec etiā p̄sequens alium in his dānificare valet. In directe autem et dispositiue potest quis alium damnificare scilicet inducendo eum ad vitiosos actus quibus et virtutes corrumpuntur et vitia generantur. Quomodo autem malum sit animas inducere ad peccandū satis patere potest p̄sideranti differentiam int̄ bona spiritualia corporalia atq̄ terrena. Ad hoc autē. vj. q. j. c. ex merito dicit. P̄teriores sunt qui vitam morozq̄ bonoz corrumpunt his qui substantias aliorum prediaz diripiunt et ea. q. c. sunt plurimi. Gregorius ait: Multum damna morum a damnis tpaliū distāt. Lancoz. Richar. Talis autem inductio ad peccatum tripliciter potest fieri. Primo scandalizando. secūdo ad malum inducēdo. tertio malum exemplum dando.

Quod tripliciter homo proximum scandalizat. Et quomodo restituere obligatur. Capitulum. j.

Primo quidem indirecte proximo infert homo spirituale damnum eū scandalizando. Tripliciter autem potest homo proximum scandalizare. Primo verbo. secūdo facto. tertio signo. Primo quidem quis scandalizat verbo

et licet multipliciter fieri possit: tamen ad p̄
sens differamus cuz fit hoc verbo iniurio-
so: sicut patet **Mat. v. vbi dñs ait: Qui ira
scitur fratri suo reus erit iudicio: qui autē
dixerit fratri suo racha reus erit p̄silio: qui
autē dixerit fatue reus erit gehenne ignis**
Prim⁹ est actus ire interior nullo signo ex-
teriori expressus et hoc scandalizare nō po-
test cum mime videatur. **Secund⁹** est idez
actus confuso signo expressus: sicut dare
interiectiones solemus cum sum⁹ infirmi
et quando emittim⁹ gemitus et ylulat⁹ con-
fusos. **Et pro hoc dicitur: Qui autem di-
xerit fratri suo racha. Racha est fm Aug.**
**interiectio significans ire siue indignatio-
nis motum et p̄emptum eius in quem ira
scimur et h̄ quidē qñq; scandalizare potest
audientes. Tertius est actus manifeste de-
clarans proximo iniuriā dicit: et hoc etiaz
magis proximū scandalizat quia manife-
ste demonstrat proximū suū p̄emptum cuz
fatuus noiatur. Fatu⁹ enī dicitur qui neq;
quod ipse neq; qđ alij fantur stelligit. His
trib⁹ tres penas corrīdētes gradatim an-
nectit: quia fm Aug. iudicio adhuc datur
locus defensionī: ad p̄siliū p̄olatio sen-
tentię pertinere videtur: quādo scilicet iu-
dices inter se conferunt quo supplicio reus
damnandus sit: in gehenna ignis damna-
tio certa est: et si hec tria ira et odio pleno cō-
sensu fiant semper peccatum mortale est.
**Proferre etiam in proximo verbum iniu-
riosum ex subita ira mortalis etiam culpa
iudicatur. Tales inq; quicunq; contra pro-
ximū supradicta iniuriosa verba protule-
runt satisfacere obligātur per se vel per in-
terpositaz personā: dicendo humiliter cul-
pam suam atq; veniam postulādo. Secun-
do p̄tingit proximū scandalizare facto. id
est. opere iniurioso siue corporalī siue tem-
porali. Nam fm **Mat. de lra. In illa l̄bā**
**nis duo sunt pensanda scilicet offensa atq;
iniuria. Offensa autem fit in rei corporalī
seu temporalis ablatione. Iniuria x̄o in dā-
ni spiritualis occasione scilicet cum quis ex
dato damno iuriato impatiēter odij atq;
scandali materiā prestat: vnde damnū in-
ferenti non sufficit ad salutem satisfacere s̄
offensa restituēdo aliena: sed ei necessariū
est iniuriā et scandalum amouere. qđ fit
cum ab eo cui datum est per se vel per in-
positam personam veniam humiliter vult
postulare et h̄ exp̄sso vel sup̄presso noie illi-******

us persone fm q̄ qualitas negocij id expo-
scit. **Unde qui ex impossibilitate de pri-
mo absolutus est non etiam ex impossibili-
tate cogente non absoluitur a secundo. p̄-
pretea si quis in corporalibus seu in t̄pali-
bus primo dānū dedit si illa satisfacere n̄
valet saltem postulare ei vt dictum est ve-
niā debet. **Concor. Tho. ij. ij. q. lxij. ar.
vj. Quidam etiam dicunt q̄ qui damnū
est passus si ignorat qui illud dedit: si dam-
nū offēse satisfacere non potest non ve-
niā seu remissionem postulare nec de of-
fēsa nec s̄ iniuria tenetur: quia quo ad di-
uinum iudicium non est ī mora et facile no-
uum scandaluz oriri posset. Tertio quoq;
scandalum proximo prestat signū. Sūt
enim aliqua signa sine quibus non potest
exterius innotescere interioris dulcedinis
actus etiam illius ad quam omnes de ne-
cessitate tenemur: quia ī oimoda negocia-
tione eorum manifestum signum ire et cor-
dialis odij demonstratur. Inter huiusmo-
di signa videtur esse salutatio aut ad ali-
qua interrogata aliqualis responsio. **Un-
de **Matth. v. dominus ait: Si salutauerit
fratres vestros tantum: quid amplius
facietis? nonne et ethnici hoc faciunt? Ubi
manifeste ostendit hoc non sufficere ad sa-
lutem: qui suo inimico aut qui in eius pre-
sentia semper auertit vultum vel subito fu-
git: cordialis odij atq; mortalis signū ma-
nifeste ostendit: nisi hoc ex causa valde ra-
tionabili agat: vtpote si pbabiliē timet ex
hoc aliquid deterius euenire: et tunc ratio-
nem et intentionem facti sui debet intuen-
tibus propter vitiationem scandalī propa-
lare si bono modo id fieri potest. Qui er-
go predictis et consimilibus signis suū pro-
ximum scandalizat sicut predictum est sa-
tisfacere obligatur. Hinc pro omnibus tri-
bus predictis modis scandalizandi domi-
nus **Matth. v. c. ait: Si offers munus tu-
um ad altare et ibi recordatus fueris quia
frater tuus habet aliquid aduersum te: re-
linque ibi mun⁹ tuū ante altare et vade pri-
reconsiliari fratri tuo: et tunc veniēs offer
munus tuum. Ait enim: Si offers munus
tuum ad altare et ibi recordatus fueris qz
frater tuus: nomine fratris omnes expri-
mit homines maxime tamen quemcunq;
fidelem habet aliquid aduersum te. **Secm
Augustinū tunc habet aliquid aduersum
nos si nos eum in aliquo lesimus. Nam************

Fe. iij. p. iij. do. in. xl. quid et quā. resti. quis

nos aduersus illuz habemus si ille nos le-
sit: relinque ibi munus tuum ante altare ⁊
vade prius reconciliari fratri tuo scilicet ab
eo veniam postulando: ⁊ tunc veniens of-
fers munus tuum. Sed nunquid ad
litteram hoc seruari debz? Dicendum fm
Augustinum: **Q** si frater sit presens non
hoc differre diutius debes cum iubearis
munus tuum ante altare relinquere. Ad
litteram autem hoc dicit vt innuatur q̄ ta-
lis satisfactio pretermittenda est omni ope-
ri q̄tuncuqz spirituali ⁊ utili: sicut est de-
uote oblationis donum vel sacrificium et
vt ex hoc etiam demonstratur q̄ oratio vel
sacrificium nihil prodest nec digne excer-
tur ab illo qui pro posse fm q̄ debet non
satisfecit ei quem lesit. Si autem proximus
non est presens v̄puta quia est vltra ma-
re: absurdum est credere fm Augustinum
munus relinquendus q̄ post maria per-
agrata offeras deo. Propterea dicit q̄ in
simili casu motibus animi ad reconciliatio-
nem pximi pergendum ē vt scilicet humi-
li affectu te prosternas in conspectu dei tui
munus tuum oblaturus. Est igitur sentē-
tia Augustini q̄ vbi bono modo proxim⁹
potest adiri exterior satisfactio preire debz
vbi x̄o non est oportunitas adeundi po-
test differri. Et interim sufficit sibi affectu
humiliari ⁊ reconciliari cum proposito id
opere adimplendi q̄citius fieri poterit bo-
no modo.

Q tripliciter inducet proxi-
mum suum homo ad malū: et
quomodo restituere obligatur
vbi simul ostenditur que sunt
licite ⁊ illicite artes. Cap. ij.

Secundo autem infert homo in-
directe spirituale damnum pro-
ximo suo eum ad malum indu-
cendo. Tripliciter enim inducit
homo proximum suum ad malum. Pri-
mo locutione. Secundo operatione. Ter-
tio vero nouitatum inuentione. Primo
quidem inducit homo proximus suum ad
malum locutione. Et hoc quidem multi-
pliciter. Primo docendo. Secundo flectē-
do. Tertio contaminando. Quarto corrū-

pendo seu spiritualiter venenando. **Q**ui-
to retrahendo. Primo quidem docen-
do scilicet cantationes carnales ⁊ ad lasciu-
iam prouocantes: vel docēdo fucare vul-
tum ⁊ se ornare ⁊ consimilia operari. Se-
cundo autē flectendo ad mala: puta ad vsu-
ram ad furtum ad rapinam ⁊ ad parciali-
tates. Et hoc quidem in consilijs iniquis
vel suasionibus falsis aut comminationi-
bus seu seu preceptionibus impijs et cō-
similibus. Tertio vero contaminando
scilicet in carnalitanibus per lasciuas can-
tilenas ⁊ cantus. Unde. xciij. di. c. in san-
cta scriptum est. Deū moribus stimulat: q̄
populum vocibus delectat: aut per inho-
nestos dictatus ⁊ libros. Item i sodomijs
per pestiferas blandicias ⁊ seductiones.
In luxurijs per impias vetulas ⁊ media-
tores. In sacrilegijs per diabolicas ⁊ pro-
phanas supstitioes: s̄ q̄b⁹ scriptū ē: **A**horif
arrept⁹ monacha q̄cunqz porif. Quarto
corrumpēdo seu spiritualit venenādo sci-
licet detrahendo seu detractiua predicatio-
ne vel heretica seu contaminata doctrina:
siue docendo infirmitates curare: demo-
nes inuocare: seu per incantationes sur-
ta ⁊ amissas bestias recuperare vel recipere:
siue breuibz ⁊ alijs augurijs ⁊ sortile-
gijs atqz consimilibus fidem dare. **Q**uin-
to retrahendo scilicet ne homo restituat ali-
ena vel ne admoueat superfluitates ⁊ va-
na ne predicationibus ⁊ doctrinis credat
salutiferis seu ne per ingressum religionis
mundum relinquat. Circa hoc vltimus
notandū est fm Scotū. in. iij. di. xv. q. ij.
Q qui subtrahit a religione aliquem iam
obligatum professionis voto tenetur pro
viribus laborare vt ad religionem redeat
vt hoc modo tam sibi q̄ religioni plena-
rie satisfaciatur. Si autem ille intrare nolue-
rit fm Giral. **O**do. videtur q̄ qui eum re-
ligioni subtraxit si sit idonea persona ⁊ a-
bilis religioni ad intrandum q̄ ipse eaz in-
trare tenetur vt sic intrando satisfaciatur or-
dini ⁊ bene viuendo ⁊ orando pro alio la-
bozet ad eius conuersionē. Si autem non
subtraxit aliquem sic obligatum sed volen-
tem intrare tantum. Tunc etiam distin-
guendum est quia aut animo hoc fecit no-
cendi ipsi religioni ⁊ tunc obligatur ipsi
religioni. Sed quia multum interest inter
esse in religione ⁊ prope esse: non tantum
obligatur sicut in primo casu: sed tenetur

est de qua **Genesis**. xxxj. ipse ait: **Ego** sūz deus omnipotens. Et iterum **Sapi.** j. dictuz ē illi. **Subest** tibi cum volueris posse. **Voluit** ḡ eadē infinita potētia et sapiētia sua formare animaz ad imaginē et similitudinē suam. **Absensura** ergo pulchritudinē dei ad cuius imaginē anima facta est. **Absensura** et potentia qua potuit: sapientia qua nouit: et voluntatem qua voluit sic eam creare et intelliges pulchritudinē eius. **Tertio** potest ostēdi via auctoritatis. **Dicit** em̄ **Gen.** j. **Et creauit** deus hominē ad imaginē et similitudinē suam. **Scdm** em̄ quosdā imago dicitur aptitudinē ad amandū: similitudo vero ipsum actū amandi. **Ad cuius** intelligentiā notandū est q̄ sicut dicit. j. **Job.** iij. deus charitas est. scilicet in creatura infinita et immortalis. **Ab hac** enī charitate quidaz infinitus et purus actus amoris procedere cōprobat. **Anima** ergo ad imaginem dei creata dicitur: quia sicut deus charitas est sic et ipsa habet ex proprio esse suo cur in usu liberi arbitrii est quandam innatā aptitudinem ad amandum sine qua esse minime potest. **Necesse** est enim ei aut diligere bonum incommutabile quod est deus: aut bonum comutabile quod est mundus ipsa per libertatem arbitrii in medio constituta. **Ad similitudinē** vero dei ideo creata monstrat: eo q̄ sicut a charitate procedit actus ille amoris: sic in anima ab ipsa aptitudine ad amandū quidā actus amoris prolixus et velox cū in usu liberi arbitrii est q̄ procedat est opus. **Scdo** etiā dicitur p̄t̄m **Bonanz**. in centiloquo q̄ imago noiat cōformitatē in q̄ritate. **Similitudo** vera pueniētia i q̄litate. **Tertio** mō fz **Alexā.** de halis. **Imago** est in naturalibus similitudo in gratuitis. **Hinc** de imagine trinitatis in anima figurata. **Propheta** ait. **Signatū** est super nos lumē vultus tui dñe. vt enim in facie cognoscit homo ita et ipsa rōne tanq̄ in sua facie cognoscit deus. **Homo** itaq̄ imago dei est per rationē. **Unde** ap̄lus. j. **Cor.** xi. **Clar** enīz imago et gloria domini est. **Et ad similitudinē** dei factus est homo: qz nō est ei vsquequaq̄ similis. **Filius** est imago patris nō ad imaginem: quia quicqd̄ habet pater totū habet filius p naturā. **Homo** vero est ita imago dei q̄ ad imaginem quia nō per naturam sed participatione vel imitatione habet ea que deitai sunt. **Hec** ille. **Quinto** fm̄ **Augl.** de spiritu et aia. **Sic** deus ē vbiq̄ sed precipue dicitur esse in celo: sic et anima tota in toto suo corpore est et in qualibet parte tota tanq̄ in quodā suo mundo s̄

De anime dignitate

intensius est in corde. **Nō** tamē fm̄ suam essentiaz est in toto corpore sed in parte corporis determinata et tñ virtutē influit toti corpori. **Et ad hoc** **Cassio.** de aranea exempluz ponit q̄ in medio tele sue residens sentit que libet suū motū interius siue exterius in relafactum. **Eodē** modo anima in centro cordis existens sine sui dissensione totū corpus sibi vnitum sensificat viuificat atq̄ mouet. **Sexto** sicut deus simplicissimus est in sua natura: sic et anima etiā simplex est. **Uñ** **Augusti** nus de spiritu et anima. **Anima** in essentia ē simplex: in offciis multiplex. **Septimo** sicut deus est essentia rōnalis: ita homo ē animal rationale. **Octauo** sicut deus est spiritus **Jo.** iij. **Deus** spiritus ē: sic et anima spiritus vinctus est. **Nono** sicut deus vnus in toto seculo **Deut.** vj. **Audi** israel dñs deus tuus vnus est: sic et anima in toto suo corpe vna est. **Decimo** sicut deus nō cōtinet ab vniuerso s̄ cōtinet illū: sic fm̄ **Damascenū** li. j. c. xvij. **Anima** nō cōtinet a corpore sed cōtinet illud sicut ignis ferrū et in ipso existens suas operationes operat. **Undecimo** sicut deus implet totum munduz quēadmodū ipse **Isaie.** xxiij. ait: **Celum** et terrā ego implebo dicit dominus: sic et anima implet totū corpus humanum. **Duodecimo** sicut deus habet viuere et intelligere sine mundo: sic et anima habet viuere et intelligere sine suo corpore. **Decimoter** tio sicut deus in mundo omnia videt et nō videtur: sicut **Exo.** xxxij. ait. **Non** videbit homo et viuere. **Et** **Jo.** c. j. **Deum** nemo vidit vnq̄ sic anima videt et nō videt. **Decimo** q̄nto sicut deus nō inficit sordibus orbis quibus totum impleat orbis velut sol q̄ nō inficitur sordib⁹ luti: sic anima nō inficit corporea sordib⁹ q̄ntūcunq̄ sordescat caro. **Decimo** quinto sicut deus q̄ntū nō audiat minime dormit: ita illud ps̄. **Ece** nō dormitabit neq̄ dormiet: sic anima in corpore nūq̄ dormit licet dormiat corpus. **Decimo** sexto sicut deus in mundo aliquā partē nobilius q̄ alterā ornat: sicut paret in sole et luna stellis auro et lapidibus preciosis et consimilib⁹: sic anima in corpore vnū membrū nobilius q̄ alteruz decorat. **Decimo** septimo sicut deus causa est in mundo incrementi in plantis herbis et arboribus floribus fructib⁹ et cōsimilib⁹ ceteris. **Sic** anima causa est in corpe argenti cui⁹ libet membrū. **Decimo** octauo sicut deus regit et gubernat orbem: sic anima vegetat: cōfuaq̄ viuificat: regit: et gubernat corp⁹. **Decimo** nono sicut deus vnitam sibi humanam na-

tura primo habuit passibile et postea gloriosam: sic anima primo unita est carni passibili demum est glorificanda in celo. Secundo sic deus est immortalis teste apostolo. **I. Th. ij. Regi seculorum immortalis et inuisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum amen.** Sic est anima immortalis atque si iusta erit cum deo victura in secula seculorum amen.

Articulus secundus quod per beneficium redemptionis cognoscitur quod deus dilexerit animas

Secundo ut cognoscamus erga nos dei dilectionem. Consideremus beneficium redemptionis: de quo **Luce xv. c.** mystice ait: **Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdidit unam ex illis nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam que perierat donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens.** In quibus sacratissimis verbis triplex mysterium circa aie redemptionem demonstrat per ordinem. primum est mysterium incarnationis. secundum est mysterium peregrinationis seu conuersationis. tertium est mysterium passionis: ut verificetur quod **Jo. iij.** scriptum est. **Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. scilicet incarnatum: peregrinum: et passum.**

De dilectione quam deus ostendit anime per carnis assumptionem. Capi. i.

Primum est mysterium incarnationis de quo dominus ait. **Quis ex vobis. i. aliquis ex vobis homo: quod ex nobis est verus homo iesus christus qui habet centum oves. i. homines et angelos.** Iuxta illud nos ait populus eius et oves pascue eius. Ipse autem pastor: sicut ipse **Jo. x. ait: Ego sum pastor bonus.** **Ubi glossa. Dives est pastor cuius oves nos centesima portio sumus.** Angeli quidem et homines propter innocentiam in qua creati sunt merito nuncupantur sed centum: quod secundum gloriam numerus centenarius perfectus est. Et si perdidit unam ex illis. scilicet animam siue naturam humanam ex uno homine propagatam: quod utique factum est quando pascua vite homo peccando reliquit. Et ovis una. scilicet natura humana. i. quelibet anima totaliter perditam fuit: quia omnes in adam peccauerunt: sicut dicitur ad **Roma. v. c.** **Hinc patet. ait: Erravi sicut ovis que perijt: quere seruum tuum domine.** Nonne dimittit nonaginta novem in deserto. Per

nonaginta novem natura angelica designatur: per novem choros distincta est. Non designatur simpliciter per numerum novenarium sed per illum ductum per denarium. Denarius enim numerus perfectionem demonstrat ut in denario perfectio gratie et glorie et in novenario nature distinctio mystice denotetur. In deserto nempe. i. in celo angelica natura relicta est quod quidem desertum fuit a peccato multitudinem angelorum. Et vadit ad illam. scilicet animam que perierat: venit quidem assumendo humanam naturam: quia verbum caro factum est ut dicitur **Joh. i.** De quo propheta admirans ait: **Domine quid est homo quod memor est eius aut filius hominis quoniam visitas eum.** Magna quidem precio estimata est. Quia anima pro qua requirenda a summo celorum dei filio descendit in uterum virginis. Quis sapiens pro requirendo obolo itinere centum dierum voluntarie laboraret. Ergo quidem magna res est anima mea pro qua requirenda deus in mundum descendere dignatus est.

De dilectione quam deus ostendit anime per christi peregrinationem seu conuersationem. Capi. ij.

Secundum est mysterium peregrinationis seu conuersationis: de quo subditur: donec inueniat eam. scilicet querit illam. Quinto labore et quod feruente amore quesivit scilicet amorosus iesus: virginis uterum vir egressus est et dilectam animam more infantium vocat **A. A. A. i. Anima mea anima mea.** Anima mea te quero: pro te inueniendo hanc peregrinationem assumo. **A. A. A.** Media nocte frigore cruciatus ac pro te vitanda paupertate vallatus iam laborosam pro te viam aggressus sum. Octava die pro te anima circumcidit puer: ac vulnere dolorosum iam dignatus est pro te pati: iam incipit pro te effundere sanguinem sacrum. Considera anima mea paruulum iesum pro vulneris dolore clamantem ac dulciter querentem dum viagiando ait. **A. A. A.** quasi infantiliter animam tuam vocans. **Decimotertio autem die fulgore radiantis stelle ab oriente triplicem aie potentiam trahit in mysterium trium regum.** Non post multos hos dies apparuit angelus ioseph et propter futuram persecutionem herodis ipsius cum puulo et matre eius iubet fugere in egyptum: Quia anima mea quod tempestiuam persecutionem incipit pro te pati filius dei iesus. Nec passus est pro te anima puerile infantiam suam: etiam inter vbera matris sue esse tutam quin a seuo tyranno quereretur ad mortem. Nec quoque ad ciuitatem vicinam suam terminata

Fe. ij. post do. oliuarū i. xl. De aīe dignitate

ē fuga: s̄ ad gentem barbarā ac multarū die
tarū diuisione longinquā itinere vaste solitu
dinis per desertum vbi cibi et hospicij atq̄
vmbra culi iopia habebat. Deniq̄ virgo be
ata perueniens in egyptū in preteriti labori
solatiū pauperula peregrina: pauperculū
conducens tuguriolū de labore manū sua
rum ⁊ sancti Ioseph pauperrime victitabat
Talib⁹ stupendū aīa mea p̄ peccatis tuis ac
ceptis puer iesus cū suis parentibus septē
niū in egypto peregit. Quib⁹ cōpleris iterū
angelus dñi monet Ioseph puerū ⁊ matrem
eius mortuo iā impio rege ad terrā iterū re
dire israel. Contemplare nūc aīa mea graui
ozem laborē in redditu septēnis iesu q̄ fue
rit in p̄maria fuga. Tunc em̄ vt paruulus
infans poterat baiulari grandiusculus nūc
fact⁹ nec cōmode portari poterat: nec adhuc
tenellus valebat p̄ tm̄ vic spatii ambulare.
Fact⁹ autē ānorū. xij. remansit puer iesus in
hierusalē ⁊ nō cognouerūt parentes ei⁹: sed
querentes eū inter cognatos ⁊ notos inue
nerunt eum in templo sedentē in medio do
ctorum audientē illos ⁊ interrogantes eos.
Sed de quo erat inter eos sermo. de q̄ inter
rogabat illos nisi de anime nobilitate creati
one: lapsu: repatione glōzificatiōe ⁊ cōsimili
bus. Trigesimo autē p̄sumato iam anno vt
anime demōstraret omnis iusticie viā in ior
dane a Iohāne voluit bapuzari: cōfestimq̄
ob anime dilectionē deserti aggrediē campū
vt de ea cōtra diabolū triūpharet. xl. diebus
⁊ xl. noctib⁹ pro tua obrinenda victo anima
mea ieiunauit. Post durū pro te cōgressum
gloriosūq̄ de hoste triumphū deserta loca
relinquēs discipulos vocat circiens ciuita
tes ⁊ castra sollicitē querens quas p̄diderat
oues. Quia autē perpeffus fuerit pro te bene
dictus iesus anima mea dū benefaciēdo hic
inde trāsiret: quis exprimere posset: Quot
od ia: quot detractiones: quot blasphemias
⁊ impropria: q̄t etiā iniuriosa opera volu
it pro te pati. Operat⁹ pro te miranda: pellit
demones: mūdat leprofos: illuminat cecos:
erigit claudos: soluit mutos: aperit surdos:
curat idropicos: sanat paralyticos: liberat lu
naticos: expellit febres: erigit curuos: exten
dit contractos: purgat sanguifluos: suscitāt
mortuos. Et quis enarrare valeret quot mi
racula operat⁹ est amozosus iesus vt te ani
mā inueniret. Hinc Math. vj. scri. ē: Quo
cunq̄ introibat iesus in vicos aut in villas:
aut in ciuitates i plateis ponebant infirmos
⁊ deprecabant eū: vt vel s̄mbriam vestimen

ti eius tangerent ⁊ q̄t quot eū tangebant sal
ui fiebant.

De dilectione quā de⁹ ostēdit aīe p̄ xp̄i passionē. Capi. ij.

Artū mysteriū est passionis. Quia
vt te mortuā suscitaret p̄ te mori vo
luit aīa mea: p̄pterea in pabola sub
inferē. Et cum inuenerit eaz imponit in hu
meros suo gaudens. In quib⁹ verbis ma
ostendū de christo que operatus est p̄ ani
ma redimenda. primū est ardentissim⁹ amor
sc̄m patientissim⁹ labor. tertius iocundis
sim⁹ dolor. Primo ostendit amozosim⁹
amorē: p̄pterea dicit. Qui cū inuenerit eā
.i. ouem errantē. i. animā in statu damnati
onis piclitantē. Sed vbi queso inuenit illā.
Audi queso vbi quesuit illā: ⁊ discēs in q̄ lo
co inuenit illā: per totā enī illā vltimam sepi
manam in miro labore cōsumptam. Tunc
iesus ad cenā vbi pro te aīa mea magne no
uitatis dedit exemplū in lotionē pedū. Ma
gne charitatis dedit eduliū duz tibi semetip
sum dedit in cibū. Migne benignitatis of
dit signū dū tor⁹ p̄ tua charitate cuiuscerat⁹
fecit sermonē vltimū. Demū egressus trans
torrentē cedron animā querēs ingredit⁹ or
tū: orat laborat ⁊ sudore sanguineo madefa
ct⁹ fact⁹ i agēnia: supplicat eterno patri ani
mā inuenire sine calice dire mortis p̄tē: et
de voluntate diuina. Ecce iaz appropinquat
bellū: vallat turba malozū: amozosus iesus
et offerens semetip̄m pro te anima mea capi
tur: ligatur: trahit⁹ ⁊ bestiali furore illi sc̄le
sti insaniunt cōtra eū. Deniq̄ in domo pla
ti: pro te anima mea p̄pria veste nudat⁹ atq̄
ligatus truculentis manib⁹ impiorū illa ca
ro sanctissima flagellat⁹ ⁊ laniat⁹ ⁊ vsq̄ ad e
fusionē sanguinis sacri: totum illud sanctis
simū corpus crudelissime lacerat. Et q̄ hor
ribilius est pro te anima mea caput illud an
gelis tremebundū duris spinarū aculeis co
ronatū sc̄licet effudit sanguinē dū configit
spina. Crebra arundinum p̄cussione vsq̄ ad
cerebrū profundata: sic vilificatus perducit
coram populo portans spineā coronā ⁊ pur
pureum vestimentū: vultu velatus: sp̄nis
deturpar⁹: genis ac vota facie tumefact⁹. Co
dempnat⁹ ad mortē eterna vita p̄ te viscan
da ania mea dilecta. Et baiulans sibi crucē
diderat ouē. Sc̄bo q̄ portauit amozosissim⁹
iesus patientissimū laborē. p̄pterea in pabo
la subdit. Et imponit humeris suis. i. inue

tā ouē. **humeri** xpi fm Ambro. brachia crucis sūt. **Contēplare** aīa mea q̄ in terra posita cruce nudatus immaculatus agn^o vt impone ret sup humeros suos ouē sup crucē extēdit receptur^o mortē p aīa redimēda. **Cōfigit** in dextra prim^o clau^o: vīq; alio cōfigit clauo reliq; man^o. **Trabūt** pedes mortali crudelitate z reliq; clauo p̄figunt i cruce. **Fleuat** a terra lignū deo totaliter in signitū: diuellūt z lace rāt dñi iesu carnē durissimi clauī corpe pōde rante. **Fluit** sanguis p te abluēda aīa mea. **Aperte** sunt cataracte celi vt inūdet diluuitū gratie ad aīe crimina suffocāda. **Q̄s** tante duricie ē q̄ ei nō scindit cor: vere languores n̄os ipse tulit z dolores n̄os ipse portauit. **Amor** p me indignissimo passus. **Gen^o** hūanuz exp̄giscere a tuo letargico somno et vide: qz ad orientem vertit faciē suā xps: ad meridie dextrā manū: ad occidētē plātas pedū sanctorū: ad septētrionē alterā manū. **Oēs** vocat: oēs desiderat: oēs visitat: oēs inuitat atq; clamās ait: **Venite** ad me oēs q̄ laborat et onerati estis z ego reficiā vos. **Ab** oriente vocat adolecētes. **A** meridie vocat magnates. **Ab** occasu vocat senes. **A** septentrione vocat paupes. **Oēs** sitiētes venite ad aīas. **Tertio** qz portauit iocūdissimū dolorē qz subdit gaudēs. **Cū** q̄to gaudio voluit p te mozi aīa mea xpi charitas cōsumata. **Ecce** fm Aug^l. p impio pietas flagellat. pro stulto sapiētia deludit: p mēdace veritas ne cat: damnat iusticia p iniq; misericordia affigit p infideli. p misero: replet sinceritas a ceto inebriat felle dulcedo: moztur vita pro moztuo. **Et** oīa h cū gaudio p te aīa mea tulit. **Demū** qz vt morte sua aīe vitā daret i manus paternas spiritū cōmendauit.

Articulus tertius de bñficio glorificationis z diuina dilectione aīe p̄parate.

Tertū qz bñficiū aīe cōferendū ē glorificationis. **Tanto** nāq; amore dilexit ab etno: de aīam nostrā vt ei pararet gloriā sempitnā. **Un̄** ad Ephe. j. apls ait: **Elegit** nos aī mūdi p̄stitutiōnē vt essem^o scīi z immaculati i p̄spectu ei^o: i cui^o cōspectu eē nihil aliud ē q̄ etnis gaudijs p̄miari. **Mā** fz Aug^l. cū aīa erit in cōspectu dei: de^o ab ea sine fine videbit: sine fastidio amabit: sine fatigatione laudabit. **Et** iteruz Bern^l. ait: **Ibi** de^o erit rōni oīs plenitudo lucis: voluntati multitudō pacis: memorie p̄tinuatio eternitatis. **Et** iterz idē dicit. **A** dices sanctorū tam magna ē q̄ nō pōt mensurari: taz copiosa q̄

nō pōt finiri: tā p̄ciosa q̄ nō pōt estimari. **Cō** sidera igit aīa dignitatē tue creationis: charitatē tue redemptionis: atq; benignitates tue glorificatiōis: vt grata sis d̄ creatiōe: gratior de redemptione: gratissima fias de optinenda glorificatione. **Quā** nobis cōcedere dignet dulcissim^o iesus xps q̄ cū patre z spū sancto viuūt z regnat in secula seculorū amē.

Feria tertia post dñicā oliuaz de salutatione angelica q̄ p ordi nē declarat. **Sermo. li.**

Cogitabat qua

lis esset ista saluatio. **Lu. j.** **Qz** dñs iesus xps matrē suam sibi habet ceteris sanctis p̄p̄inquit orē z cariorē ac ad inspēdēduz p nobis ap̄b ipsuz potentiorē. **Propterea** vult ipsaz a nobis vltra oēs sanctos p̄diligē: p̄honorari: saluari: z venerari. **Mā** ipsaz z vtutes ei^o attē tissime cōtemplari z ad eas ardentissimi affici in sūmo affectū inflāmat z subleuat: ac irradiat intellectū ad sūmas virtutes xpi z ad ipsum xpm. **Simpliciter** nempe meli^o z vtilius ē orare vel orationē z deuotionē p adiutorio ad matrē xpi recurrere q̄ ad alios s̄ctos inferiores. **Quapropt** ad excitāda buotionē z vestrā inflāmandā afflictionē erga x̄ginē matrē disposui ipsa adiuuāte salutationē angelicā declarare vt ostēdat quarta reli giositas q̄ est angeli destinati. **Pro** q̄ sumo verbū **Lu. j.** q̄ de eadē salutatione ait: **Logi** tabit q̄lis esset ista saluatio. **In** q̄b^o verbis ostēdit hec saluatio esse plena. **p̄mo** admirabilis p̄siderationis: ibi cogitabat. **sc̄do** admirabilis cōmendationis ibi: qualis esset. **ter** tio admirabilis saluatiōis ibi: ista saluatio **p̄mo** aut ostēdit plena admirabilis cōsiderationis: qz cogitabat. **s. beata** virgo vt vi delictet ei^o exemplo discamus hmōi saluatiōis mysteria ponderare. **Et** vt clari^o elucescant alta mysteria eius tria in ea cogitāda si ue cōsideranda sunt. **Cōsidera** primo virgineū statū. **sc̄do** angelicū exemplū. **tertiū** misericiliū lucrū. **p̄mo** cōsidera in hac saluatiōe virgineū statū. **Est** em̄ regia misericordie templū dei: habitaculū spūss̄cti sp̄ sedēs ad dextrā xpi in gloria sempiterna. **Sicut** p̄p̄he ta ait: **Altitit** regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. **s. oīm** beatorū **zō** venerāda: saluanda ac adoratiōe hyp dulle adoranda. **In** cui^o exemplū. **ii.** **Regū** **ij.** in figura xpi **Salomō** surrexit de solio in occursum matris et adorauit eam. **Ideoq;**

Fe. iij. p^o do. oliuarū i. xl. de salutatio. ange.

ad dexterā regis sedet vt. quotiens adores
regē christū: adores etiā christi matrē. Pro-
pterea hac salutatione est frequē adorā-
da. Scō cogita angelicū exemplū. Si enī
angeli salutāt eam q̄tō magis hoc tenet ho-
mo: vnde Luc. j. Ingressus angelus ad eaz
dicit: Ave gratia plena rē. De q̄ Berh. ait:
Que hec virgo tam nobilis vt salutes ab an-
gelo: tam humilis vt despōsata sit sabro: Di-
ce ergo ab angelo salutare Mariā. Tertio
cōsidera mirificū lucrum: quia cū homo de-
uote salutāt virginem resalutāt ab illa. Est
enī curialissima regina virgo maria: nec pōt
salutari sine resalutatione mirāda. Si mille
Aue maria dicis in die deuote: millies a vir-
gine resalutaris. Propterea in mysteriū hu-
ius hortat Aplus ad Rhoma. vii. d. Salu-
tate Mariā. Et sic patet quātū hec saluatio
est admirabilis cōsiderationis: qz cogitabat
Scōo apparet esse admirabilis cōmendatio-
nis. Ait enī: Qualis esset. Cōmendat enī h
saluatio ex tribus. primo ex altitudine. scōo
ex dulcedine siue ex dulcitudine. tertio ex gra-
titudine. Primo ex altitudine: que in hac salu-
tatione p̄inet. Tota enī mysteriū mirabili-
bus ē plena que oīa redolēt rē redūdant dul-
cedinē salutis nostre. Quis enī tam ignar^o
rē tam insipidus erit qui nō sepe per hāc salu-
tationē recolat p̄incipia nostre salutis. Ave
inquit gratia plena dñs tecū. Omne verbū
altis mysteriū plenū est sicut infra patebit.
Scōo cōmendat ex dulcedine. Hāc igit gu-
stans rē saporās pp̄ha inquit: Dulcia fau-
cib^o meis eloq̄a tua sup mel ori meo. Ideo
Eccl. xxiij. ipsa ait: Spūs me^o sup mel dul-
cis rē hereditas mea sup mel rē fauū. Heredi-
tas enī gloriose virginis ē saluatio sua quā
apud hoīes deuotione hereditauit vt iā aue
maria sicut pater noster cuiuslibet xp̄iano libe-
at frequentare. Tertio cōmendat ex grati-
tudine. Magna nempe ingratitudo ē tot su-
scipere bñficia a dñā nostra gloriose maria
rē non cognoscere donatricē nec sibi salutan-
do regratiari. Unde contra talem ingratuz
Eccl. xli. exprobatue scriptuz est. Erubescite
a salutationis silētio. Tertio oñdit eē admi-
bil^o salutationis qz s̄dit ista saluatio. In tota
nāqz serie hui^o āgelice salutationis triplex p̄n-
cipale mysteriū per ordinē declarat. Primū
est salutationis ibi: Ave maria. Secūdū est cō-
mendationis ibi: Bñdicta tu. Tertiu^o est suppli-
cationis ibi: Sācta maria mater dei. Ora pro
nobis peccatoribus Amen.

**Articulus prim^o de excellētia
virginis marie.**

Rimū mysterium est salutationis In
p qua salutatione triplex virginis excel-
lētia demonstrat. prima est nature
scōa gratie. tertia glorie.

Q beatavirgo excedit multi-
pliciter omnes alios in natura.
Capi. j.

Rima ē excellētia nature. Tripli-
citer nāqz modo in aue hec nature excellē-
tia demonstrat. Primo aue. i. sine ve-
tia dēmonstrat. Et hoc triplici quidē mō cui subiacet totū fe-
mineū genus. scz pudoris: laboris: rē dolori
Fuit enī sine ve pudoris in p̄ceptione. Sine
ve laboris in gestatione. Sine ve doloris in
pturitione. Rā teste Berh. Fuit sine corrup-
tione secūda: siue grauamie grauida: sine
doloze puerpera. Ratio aut quare fuit sine
ve pudoris est: qz eius cōceptus fuit sine cor-
ruptione: nō hūano semine sed mystico spi-
ramine: angelo ibi dicēte. Spiritu sancto su-
perueniet in te. Fuit enī sine ve laboris: quia
spūs sancti obūbrabat: insuper nō habuit ve
doloris qz partus sine lesione: quia angel^o
subdidit: Qd enī ex te nasce^o sanctū vocabit
filius dei. Sola enī p̄ncipi porta illa seruata
ē quā si violauit egrediēs nec ēt igrediēs sic
mystice ponit Ezech. xliij. c. Hac sp̄lici male-
dictione in nlla muliere imunis nata fuit nisi
i sola virgine bñdicta. Vñ Ave Gen. iij. c. vi-
ctuz est. Multiplicabo erūpnas tuas rē scōo
p̄ tuos: in doloze paries filios tuos. Scōo
etiā mō in virgine p̄ aue nature excellētia de-
notat: qz ab alio triplici ve imunis fuit. scz
cupiscentie culpe rē pene. De quo tripliciter
Apoē. ix. Clamabat aquilay olās. ve. ve. ve.
habitauit^o in terra. Fuit enī beata virgo si-
ne primo ve hoc ē sine tyranno cōcupiscentie
peccati originalis: qz sine eo p̄cepta est: sicut
teste Salomone Lān. iij. dicit: rē vididim^o q̄
ait. Tota pulchra es amica mea rē macula. i.
originalis culpe nō est in te. Aut oīno in ea
fuit extinctū sper spiritus sancti sanctificatio-
nem: propterea ps. ait: Sanctificauit rēber-
naculū suū altissimus. id est. beatā virginē
in qua dominus iesus christus nouē mens-
b^o habitauit. Fuit sine scōo ve. i. culpe rē mor-
talis rē venialis. Vñ Aug^o. Excepta beata vi-
gine maria de q̄ cū de peccatis agit nullū ve-
lo fieri questionē propter honozē dñi. Sed
post hanc ergo virginis exceptionē si san-
cti rē sancte cōgregari possent rē quereret ab
eis an peccatum haberent: quid responde-
rent nisi quod Jo. ait: Si dixerimus qz pec-
catum non habemus ipsi nos seducimus et

veritas in nobis nō est. Fuit sine tertio ve. s. pene que est in sepatione anime z corpis que est incinatio z corpis dissolutio. Nam sicut nō dedit domin⁹ sanctū suū videre corrupti onem. i. xpm sic: nec sanctā suā de qua nar⁹ est sanc⁹ sed corpe z anima in celo assumpta est. Tertio insup modo per Ave in virgine nature excellētia demonstratur: qz. s. fuit sine alio triplici ve. s. carnis mūdi z diaboli. Siue tria ei desinerūt de quibus. j. Jo. ij. Omne qd est in mūdo concupiscētia carnis ē z concupiscētia oculorū z superbia vite. Avariciā nāqz excludit per pauprates: luxuriā p virginitatez: diabolu per humilitatez: qz has virtutes perfectissime in se habuit: merito ergo ei ab angelo dicitur ave. Ab usu em ecclesie imediate subiūgitur marie nomen cū dicit. Ave maria: qd tamē ab eodem euāgelista luca pmissum erat cū dixerat: Et nomē xginis marie. Et merito quidē nomen marie adesse debet. Nam maria interpretatur maris stella. Amarum mare dñā z illuminata: Est em stella navigantib⁹ hoc mare magnū et spatiosus manibus in quo reptilia quorū nō est numerus. Sed maxime stella est qz emisit per natiuitatem filij dei radiū mēi nre irradiatiū. Amarum etiā fuit mare qm in passione gladius a Symeone pdictus. Lu. ij. eius animam pertrāsuit. Dñā equidē facta est in sua assumptione: qm exaltata est sup choros angeloz ad celestia regnat facta est domina z regina angeloz. Sed illuminata mirabiliter fuit in anime sue in corp⁹ infusioe. Admirabilis em in filij dei cōceptione. Sed mirabilissime in sua assumptione et glificatione vbi vltra omēs beatos angelos z animas simul iūctas diuina visioe manet irradiata. Ecce pma excellētia xginalis. qz excellit omēs alios in natura.

Qz beata virgo multipliciter oēs i grā superexcellit. Capi. ij.

Secūda excellētia est grē dei: de qua angelus subdit: Gratia plena. hoc fm triplicē intellectu exponi potest. Primus est grā plena. Gratia in quā scz corpali spiritali et singulari: Nam grā corpalis fuit grā virginitatis in carne: vnde Cas. iij. Ortus cōclusus fons signat⁹ denoiatur Gratia spūalis fuit abūdantia virtutum in mēte. ppterea etiā Cas. iij. Aia eius dicitur fons ortorū z puteus aquaz viuentiū. Gratia singularis fuit pntia filij dei in vētre. Jo Cas. vij. Tenter tu⁹ sicut aceruus tritici. i. plenus illo grano tritici atqz frumēti. qui de se ait. Jo. xij. Nisi granū frumēti cadens in

terra. i. i beatā virginez p incarnationem mortuū fuerit p passiones ipm solum manet rē. Secūdus intellectus grā plena. Nam fuit in ea vacuitas siue pfunditas hūilitatis puritas xginitatis. z soliditas caritatis qz has vtutes plenissime habuit z in summo. Ad hoc em q vas impleat z teneat liquorē bonū ista tria requiruntur. s. q vas sit vacuū siue pfunduz: q sit purū: qz sit solidū siue firmū que oia fuerūt in xgine mfe. vñ Cas. vj. Admirantur de ipa angeli. Querūt. Que est ista q pgregit quasi auroza cōsurgēs. Pulcra vt luna ppter virginitatez. Electa vt sol ppter seruentē caritatē. Terribil⁹ vt castrorū acies ordinata: ppter pfundissimā hūilitatez qua nihil demonib⁹ terribil⁹ est. Tertio in super intellectus. Gratia plena. Omnis nēpe gratia que huic seculo communicatur triplicem habet processum. Nam a deo in xpm. Arpo in virginem. A virgine in nos ordinatissime dispensatur. Primo namqz omīs gratie deus z dominus donator est. Iuxta quod Iaco. j. c. scriptum est. Omne datū optimuz et omne donū perfectū desursum est descendens a patre luminū. Secūdo procedit a domino iesu christo inq̄tum est homo. Ipse nāqz in presenti seculo viuens meruit nobis omnem gratiā quā deus disposuerat dare huic mundo. Sicut Jo. j. c. scriptū est. De plenitudine eius accepimus omnes z gratiam p gratia. Tertio processus est a virgine benedicta. A tempe em quo concepit deū in vētro suo quādā vt sic dicam iurisdictionem seu auctoritatē habuit in omni temporalis processione spiritus sancti. Ita q nulla creatura aliā quā a deo recepit gratiam nisi scdm dispensationem ipsius virginis matris. Cum em christus sit caput nostrū a quo omnis influxus diuine grane in mysticum corpus fluit. Beata virgo est collum per quod hic fluxus pertransit ad corporis membra. Sicut Salomon Cas. vij. testatus est de christo predicens. Collum tuum quod est virgo beata sicut tuis eburnea. Unde Bern. Nulla gratia venit de celo in terram nisi transeat p manus marie. Merito ergo dici potest gratia plena a qua omnes gratie manent in ecclesiā militantez. Figurata in fonte illo de quo Bern. ij. Qui de terra ascendens irrigabat vniuersam superficiem terre. Et iterum ps. air: Fluminis impetus lenificat ciuitatem dei id est. ecclesiam militantem.

Qz beata virgo multipliciter omnes in gloria superexcellit.

Fe. iij. p^o do. oliuarū i. xl. de salutatio. ange.

Capitulum. iij.

Eritia virginis excellentia est glorie: de qua per angelum subinfert dominus tecum. Non tantū cōiter sicut cū alijs cū qbus est p participationez gratie sed tecum singulariter in qua est per cōmunitatem nature: qz in vtero virginis natura nostra vnita est nature diuine qd quidē fuit in virgine gloriosa singularis. Unde de ipsa **Proū. xj.** scripū est. **Mulier gratiosa. i.** plena gratia inuenit gloriā. Illa namqz de qua **Prouer. x.** Gloriam patris filius sapiens qui ē chastus. **At** ergo dominus tecum qd tripliciter exponi p̄t. **Primo** modo dñs tecū dñs em̄ est pater: dominus filius: dominus spiritus sanctus. **Tecum** domin^o pater qz tu sponsa patris. **Tecum** dominus filius: qz tu mater filij. **Tecum** domin^o spiritus sanctus: quia tu spiritus sancti thesauraria cōprobaris. **Et** tñ nō tres domini incarnati in te sed vnus ē dominus. scilicet filius incarnatus: qz in te verbi caro factū est et habitauit in nobis **Jo. j. c.** **Secūdo** etiā dominus tecū: tecum ante vterū tecum in vtero: tecum post vterū. **Ante** vterū te presignans in multis prophetijs et figuris **Unde** **Gen. vj.** **Fac** tibi archā de lignis leuigatis tē. **Ecce** figura. **Et** **Esa. vj.** **Ecce** dgo cōcipiet et pariet filius: ecce prophetia. **In** vtero tecum sanctificans p̄s. **Sanctificauit** tabernaculū suū altissim^o. **Post** vterū te fecū dans. **Uñ** **Lu. j.** **Ecce** cōcipies in vtero et paries filiū. **Tertio** quoqz dñs tecū. **Tecū** em̄ in mente. **Tecū** in ventre. **Tecū** in potestate. **Tecum** namqz in mente per virtutū abundantia. **Uñ** dictū est supra. **Bue** maria gratia plena. **Tecū** in ventre per sui presentiam **Lu. j.** **Ecce** cōcipies in vtero et paries filiū. **Tecū** in potestate propter peccatorū indigentiam cum de deo p nobis facias quicqd tue placuerit charitati. **In** cui^o mysteriū. **iij.** **Regū. ij. c.** dicit **Salomon** ad matrē. id est. **christus** ad virginē. **Pete** mater mi neqz em̄ fas est vt auertā faciem tuā. **Propterea** culpa eius esset si cum nollet placare nobis. **Id** deuotus **Herū** ait: **Securū** habes o homo accessum ad deū: ibi habes matrē ante filius: filium ante patrē. **Mater** ostēdit filio pectus et vbera: filius ostendit patri latus et vulnera. **Nulla** ergo poterit esse repulsa vbi tot sunt charitatis insignia. **Ecce** dulce tecū quod vti nāz sit semp mecū necnō et vobiscū. **Et** sic ex his q̄ dicta sūt p̄t primū mysteriū. s. salutatio virginis matris.

Articulus secundus de tripli

ci benedictione que in salutatio ne angelica demonstrat.

Secūdu mysteriū est cōmendatiois vbi triplex cōmendatio p ordinē de clarat. prima est de benedicta matre scda vero de benedicta prole. tertia autē de benedicto nomine.

Que beata virgo bñdicta i mulierib^o tripliatē declarat. **Ca. j**

Prima cōmendatio est de benedicta matre. **Uñ** subdit: **Benedicta** tu in mulierib^o. **Q** potest exponi fm triplicē intellectū. **Primus** intellect^o est benedicta tu in mulierib^o. id est. sup omnes mulieres: quia puenisti ad tertiū benedictiois gradum in genere muliebri ad quez alia mulier nunqz attingit vel attingere potest. **prim^o** gradus est qz secunda est sed nō virgo. scds qz **virgo** hñ secunda. **tertio** qz virgo simul et secunda. **Duo** nempe primi cōmunes sunt ceteris mulierib^o. **tertius** vero solius marie proprius est. **Propterea** **Lu. x.** scriptū est. **Maria** optimā partē elegit que non auferet ab ea. **Bona** quippe pars qz secunda. melior autē qz virgo. s. optima qz virgo et mater qd soli marie datum est. **Simulqz** considera circa hoc tria inaudita super oēs mulieres in **Maria** gesta. **Fuit** enim simul in vnū parēs et virgo mater et filia: plena et vacua: filio dei plena: semine hominis vacua. **Uñ** **Luc. j.** iubilando cantabat virgo beata dicens. **Quia** fecit mihi magna qui potēs ē et sanctū nomē eius. **Et** p̄s. **Lantate** dño canticū nouū qz mirabilia fecit. **Scds** intellectus benedicta tu i mulieribus. id ē. inter mulieres. **Et** hoc in super triplici ratione qz benedictionē participauit cū omni statu et genere mulierū. **Fuit** enim cū virginibus virgo: cū cōiugatis secunda: cū viduis cōtinens et casta. **ppropterea** ei **Eccl. xj. iij.** dictū est. **In** iacob inhabitata et in israel hereditare et in electis meis mitte radices. **Jacob** enim interpretatur luctator p quē status cōiugatorū significat. **Israel** autē ab angelo suscepit nomē qñ emarcuit femoris ei^o nervus. **Electi** nempe merito virgines nuncupant: qz hi sequunt agnū q̄cūqz ierit vt dicit **Apocal. xij.** **Terti^o** intellect^o bñdicta tu in mulierib^o. i. a mulierib^o. **Et** hoc quidē ppter triplicē bñdictionē quā mulieres p ipsas obtinuerunt cōtra tria mala a quib^o liberate sūt p virginē bñdictā. **primū** malū fuit verecundia **Bue**. scdm maledictio legis. **tertius** delectatio nature. **Primū** autē malū fuit verecundia eue. **Que** namqz mulier fuisse causa ap-

pare cuz p mulierē fuerit perditū totū gen^o
 humanū. Propterea in signū huius dat cis
 in capite velū. Ac mulier benedicta maria d
 hac cōfusione ipsas redemit dū per ipsuz ge
 nus humanū saluatū est. Cū glosa sup illō
 dicitur est angelus gabriel rē. inquit Mu
 lier a diabolo seducta mortē intulit. Scdm
 mulier ab āgelo edocta salutē edidit. Scdm
 malum erat maledictio legis p quā maledi
 cta erat omnis mulier q̄ non producebat se
 men in israel Deut. xxij. c. Dura necessitas z
 graue quidē iugū super filias eue. Nā si pa
 riunt cruciant si nō pariunt maledicunt. Pz
 hoc maledictū benedicta maria virginū pri
 miceria aboleuit dum prima suā virginitatē
 domino cōsecrauit. Ideo ps. de ipsa ait: Ad
 ducenē regi. s. christo virginē post eaz. id ē
 post reginā que prima sūmo regi dedicauit
 virginitatē. Proxime eius. id ē. vidue z cōri
 nentes que virginib^o proxime iudicant offe
 rent tibi. s. christo. In hoc mysteriū Exo. xv
 sumpto tympano. id est. carnis mortificati
 one a maria egressę sunt oēs mulieres p^o eā
 cū tympanis z choris rē. Tertiu malū deie
 ctio est nature seu cōditionis. Naturalis autē
 deiecta z infirmata est cōditio muliebris. vñ
 Prouer. vlti. Mulierē forte quis inueniet?
 Sed ecce prestito inuenta est cuius precii p
 cul z de vltimis finibus qd est christus filius
 dei patris. Que sua foritudie diabolū sup
 plātauit: sicut Gen. ij. de ipsa mystice scri. ē
 Ipsa pteret caput tuū. propterea cessauit ab
 fectio mulier. Cū Iudith. xv. c. ipsi Iudith
 i persona virginis dictū est de his trib^o. Tu
 gloria hierlm contra verecūdiā eue. Tu leti
 tia israel cōtra maledictū legis. p quo libera
 te letant Tu honorificentia populi nostri cō
 tra abiectionis opprobriū.

De bñdicto fructu vētris vir ginalis. Capi. ij.

Ecūda cōmendatio est de benedicta
 ple. de q̄ subdit: Et benedict^o fruct^o
 ventri tui. hec sūt vba Elizabeth ab
 ea dicta qm a virginitate visitata fuit. Que ver
 ba ecclesia cū salutāde angeli virgine salutā
 do cōmiserit vt ex viroz choro. s. angeloz
 et hoim venerāda z salutanda glorioza vir
 go mōstrēt: Ait em Elizabeth. Et bñdictus
 fruct^o vētris tui: z merito quidē qz q̄ntruplicē
 bñdict^o. Primo bñdict^o in flore. s. vñ pcessit
 qz superi dictū est de virgine benedicta tu i
 mulierib^o. Scdo bñdict^o in decore. Cū in
 ps. Speciosus forma p filijs hoim. z Sap.
 vij. Candor est em lucis eterne z speculū si
 ne macula. Et iteum Añ. v. Dilatus me^o

candidus z rubicundus clectus ex milibus
 rē. Tertio benedict^o in odore. Añ. j. Trabe
 me post te: cur rem^o in odore vnguetozū tu
 ozū. Et Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut o
 dor agri pleni cui benedixit domin^o. Quar
 to benedictus in sapore ps. Gustate z vide
 te qm suavis est dominus. Et Añ. ij. Sub
 umbra illi^o quē desiderauerā sedi z fruct^o ei
 us dulcis gutturi meo. Quinto benedictus
 in valore: qz fuit redēptio generis humani:
 Cū. j. Cor. vj. Empti estis precio magno
 glorificate z portate deuz in corpore vestro.

De trib^o excellētis nominis iesu. Capi. iij.

Teria cōmendatio est de bñdicto no
 mine qd est iesus. de quo ad presens
 solū tria cōsiderare sufficiat. s. breui
 tatē: imēstatē: et suauitatē. Primo nota bre
 uitatē in dicto: qz nō sunt nisi due syllabe vt
 non haberet homo in dicendo z frequenter
 nominando hoc sanctissimuz nomē. Cū ad
 Ro. ix. Verbū breuiatū fecit dñs. De ver
 bo abbreviato ē nomē ies^o de dei filio icarna
 to. Scdo psidera imēstatē in virtute. Gal. ii
 ij. Nō ē aliud nomē sub celo datū hoib^o in q̄
 oporteat saluos fieri. Et Phil. ij. Donauit il
 li nomē qd ē sup oē nomē vt i noie iesu omne
 genu flectat celestiu terrestriu z inferozum
 Propterea ad reuerētiā z gloriā hui^o sanctis
 simi nois decretalis ab ecclesia emanauit ex
 de imu. eccle. c. decet domū dei sanctitudo.
 li. vj. vbi dicit. Aduenietes ibidē. s. in ecclesia
 nomē illud qd est sup omne nomē a q̄ illud sb
 celo nō ē datū hoib^o in quos saluos fieri cre
 dentes oporteat. Nomē videlicet iesu xpi q̄
 saluū facit populū suū a peccatis eozū exhi
 bitione reuerētie spēalit attollāt. Et qd gene
 ralit scribit: In noie iesu omne genu flectat
 singuli singularit i seipsis iplētes p̄cipue dū
 agunt missaz sacra mysteria glōsiū illud no
 mē qm̄ recolit: flectat genua cordis sui. qd
 vel capitis inclinatione testent. h ille Ergo.
 ex his prz qm̄ dicim^o. Ave maria. Et venim^o
 ad h nomē iesus saltē caput inclinare debe
 im^o. Tertio ppterea psidera in h noie suauit
 tatē in sapore. vñ Bern. ait: Iesus mel i ore
 melos i aure: iubil^o i corde. Et alibi iubilose
 cātādo ait: Dulcis iesus mēoria dās vā cor
 dis gaudia: s sup mel z oia ei^o dulcis p̄ntia.
 Nil canitur suau^o: audit nil iocūdi^o: nil co
 gitat dulcius q̄ iesus dei filius rē.

Articulus tert^o de trib^o que
 ponunt in fine salutationis an
 gelice quādo incipit ave maria

Fe. iiii. p^o do. oluarū i. xl. de male se hñtibz

Tertium mysterium est supplicationis q̄ in fine salutationis et cōmēdationis in Ave maria solet a fidelib^o frequē tari. In qua supplicatione tria facere solent. primū inuocare, scđm laudare, tertium postulare.

Que beata virgo in oī necessitate inuocāda ē. **Cap. j.**

Primo nāq; ab infidelib^o inuocat cū dicit sancta maria: **Et merito quidē** Cū em̄ maria interptet̄ maris stella. **Nocte** siquidē transeuntib^o nobis p hoc mare magnū et spatiosū: opus est hanc stellā notare q̄ cardini celi iesu ppinquissima est: vt nō solū eius chorusco splendore possim^o dirigere cursum nostrū cū salute: verū etiā in q̄cunq; necessitate nostra possim^o eā cū oī fiduciā inuocare. **Uñ Bern.** In periculis: in augustijs: in rebus dubijs mariā cogita: mariā inuoca. **Nō** recedat ab ore: nō recedat a corde. **Et vt** impetres ei^o orationis suffragiū ne deseras conuersationis exemplū: ipsā sequēs nō de mas: ipsam rogās nō desperas.

Quia sit dignitas esse virginē matrem dei. **Cap. ij.**

Secundo a fidelib^o laudat cū dicitur mater dei. **Tanta** nēpe ē laus quā ei tribuim^o cū dicim^o mater dei: q̄ nec i psonis creatis vt angelis vel hoib^o: nec in psonis icreati recipit̄ hec incogitabilis dignitas. **s. q̄** habeat dei filiū nisi in vna psona diuina q̄ ē patris: et vna psona hūana q̄ est matris. **Insup** mai^o ē hoc donū q̄ sit mater dei q̄ q̄ sit domina creaturaz dei: qz hoc dependet ab alio sicut ram^o a radice: p̄pterea ei potius dicimus mater dei q̄ dñā mūdi vel vniuersi.

De postulatione q̄ i fine angelice salutationis poni solet

Cap. iij.

Tertio et vltimo postulatio subinfert cū dicit: **Ora** p nobis peccatoribus. **Pro** em̄ mediator inter peccatores et deum ad intercedendū est p̄p̄tior et vehemēti^o et ad impetrandū dignior et reuerēti^o et gratiosior: tāto ceteris parib^o ē vtili^o eū habere p̄ mediatore. **Sz** q̄ natura cōpari potit̄ supplicationi materneli: **Assat** em̄ p nob̄ supplex a dextris filij vere regina: qz sūmi regis mater. **Per** generasaz cōceptionez: qz sūmi regis filia. **Per** gratiasaz adoptionē: qz sūmi regis spōsa. **Per** gloriosaz assumptionē. **Assat** in q̄ talis regina p deuote postulanti^o ad intercedendū cōtra indignationē iudicis: ad

excusandū defectū nostre infirmitatis: ad ib̄ ueniendū accipiens p nobis plene infusū diuinitatis. **Quā** nobis infundat hic p gratiam et in futuro p gloriā ipse filius dei iesus q̄ cum patre et spiritu sancto viuūt et regnāt in secula seculorū **Amen.**

Feria quarta post dñicā oliuarum de his que male se habent circa dñicū sacramētū. **Ser. liij.**

Balitudine

dei timebo: **Ego** vero in te sperabo ps. lv. **Quia** iā instat sacratissimū tps q̄ quilibet preparare se debz ad sumendū dñicū sacramētū. **Ideo** vt cuiuslibet inotescat quid ei necessariū est. **Considerare** oportet q̄ tria sūt hominū genera q̄ male se habent ad sacratissimū corpus xpi. **Primo** sunt quidā qui illud nō suscipiūt. scđo sunt quidā qui male suscipiūt. tertio sunt quidā q̄ male eijciunt. **Primi** male, scđi peius, tertii pessime. **Primū** ē peccatū cecitatis. scđm fragilitatis, sed tertium iniquitatis. **Cōtra** hec tria in psona veri fidelis p̄p̄ha ait: **Ab** altitudine dñi ego timebo: ego xō in te sperabo. **In** q̄ b^o sacratissimis v̄bis oñdit̄ tria p̄ dicta tres esse necessitates circa hoc sacramētū ad qual hoies obligant̄. **p̄ma** ē amoris. scđa ē timoris. **tertia** ē vigoris. **Prima** ē amoris obligantis q̄ nō suscipiētes. **ibi** ab altitudine dei. **Scđa** ē timoris retrahētis cōtra male sumētes. **ibi** timebo. **Tertia** est rigoris stabilientis et p̄seruerantis cōtra male illud eijciētes. **ibi**: ego xō in te sperabo. **Et** in his quinta religiostraz q̄ dicit̄ animi obligati insinuat̄: qz quilibz ad has tres necessitates obligatū se intelligere debet.

Articul^o primus de septē obligationib^o quib^o hō diuersimodē obligat̄ erga dñi sacramētū.

Prima necessitas ē amoris obligantis et h̄ p̄tra q̄sdā q̄ h̄ nō suscipiūt sacramētū. **Et** de h̄ p̄p̄ha ait: **Ab** altitudine dei. **Ad** h̄faz vocat̄ diē altā resurrectionis dñice diē: qz tūc incipiūt iā magni dies atoz solus calor forni^o iualescit. **Alta** qz dies allegorice dici p̄t̄ seruēs dilectio xpi: q̄ sic ardēt dilexit nos q̄ nob̄ in cibū tradidit semetip̄s vt in se p̄ charitatē totalit̄ trāformaret. **Sp̄** ritualit̄ tñ et specialit̄ resurrectionis dies ab affectu alta merito nūcupat̄: qz ex sacra cōiōne q̄ in tali die a fidelib^o sūmi dz q̄ si in alto

feruore solis spūalis et intelligentia illustrat et affectio inflāmat et hūana facultas in dño roborat. Circa autē hāc necessitatē septē obligationes subdistinguat. p̄ma ē cōionis. sc̄da inductionis. tertia expulsionis. q̄rta p̄uationis. quinta orationis. sexta cōfessionis septima dilationis.

De obligatione ad cōionē et quadruplici tpe hui⁹ obligatio nis. Capi. j.

Prima obligatio ē cōmunionis. Cū enim principaliter duplex sit modus sumendi hoc sacramentū. s. spūaliē et sacramentaliter. Dēs de necessitate salutē tenent saltē spūaliē māducare: q̄ hoc ē xp̄o incorporari vniri et in eū tanq̄ legitimū mēbz trāsfōrmari. Talis nempe māducatio spūalis percipiēdi hoc sacramētū obligat et inducit desideriu seu votū. Propterea sine voto percipiendi hoc sacramētū nō pōt homini esse salus. S; frustra q̄z esset votū nisi ope imple ret q̄n oportunitas adueniret. Et ideo obligat atq̄ tenet homo hoc sacramētū sumere etiā si de hoc p̄ceptū aliter ecclesia nullū daret: cū hoc ip̄sū a dño sit p̄ceptuz Jo. vi. Nisi māducaueritis carnē filij hoīs et biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Et Math. xxvi. Hoc facite in meā cōmemorationē. Et cū hoc cōcor. Tho. Aliter tñ diē Bonauen. Ex hoc nihilomin⁹ xp̄i p̄cepto varia statuta et cōsuetudines in dei ecclesia sunt exorta. Primo enī in ecclesia primitiua q̄n feruor dei flāmescebat et deuotio sanguinis iesu xp̄i recēter effusi in fidelīū mentib⁹ bulliebat: statutū fuit q̄ fideles q̄tidie sumerēt dñi cū sacramētum: sicut patz Act. ij. et de cōse. di. ij. c. pacta diē papa calix. Peracta p̄secratione dēs cōicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminib⁹: sicut em̄ apli statuerūt et sancta romana tenet ecclesia. h ille. Sc̄do autē tpe tā feruore diminuto cōicabāt q̄dā q̄tidie et q̄dā quotibet die dñico sicut patz in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹. Et habet de cōse. di. ij. c. q̄tidie. vbi satis innuit Aug⁹. hoc etiam suo tpe a multis obseruatū d. Quondie eucharistic cōionē accipere ne claudo nec vitu pero: oib⁹ dñicis dieb⁹ cōicandum horior. Tertio vero tpe adhuc magis frigescente deuotione fidelīū p̄ceptū est vt ter in anno q̄libet catholicus sumeret dñicū sacramētū: sic patz de cōse. di. ij. c. et si nō frequēt⁹. vbi papa Fabian⁹ ait: Et si nō frequēt⁹ saltē ter in anno hoīs cōicent nisi forte quis maiorib⁹ criminib⁹ impediatur: in pasca videlicet: in p̄thecoste et in natali dñi. Et ex cōcilio agatha-

nensi eadem di. c. seculares p̄ceptū ē. Seculares q̄ natale dñi: pasca: penithecoste nō cōicauerint catholici nō credant nec inf catholicos habeant. Et idē in. c. oīs hō. c. di. Sothier q̄z papa dixit in cena domini esse cōicādū. e. di. in cena dñi. S; hoc erat p̄siliū nō p̄ceptū. Quarto autē tpe frigescente caritate multozū ppter abundantia iniquitatū: statuit Innocenti⁹ tertio q̄ saltē semel in anno. s. in pasca fideles cōicent: sicut patz extra de peni. et remissi. c. omnis vtriusq̄. Et q̄ saltē semel in anno nō cōicat obdurat in corde: sicut patet lxxij. di. p̄sby i medio Lōcor. Richar. i. lxxij. di. xij. in fine penul. q̄stio. Et Bonauē. vbi supra.

Opntes et curā habentes familiāz tenēt reducere filios et subditos suos ad sacrā cōionē et qua etate sit cōicādū. C. ij.

Ecūda obligatio est inductionis. Qui sibus em̄ pater et mater: imo quibus pater familias ex p̄cepto diuine et fraterne caritatē tenetur nō dico cogere. sed rōnabiliter inducere quēlibet de familia sua ad sacram cōmunionē sumendā saltē semel in anno: et filios et filias et famulos et famulas et alios quoscūq̄ habz in cura famulari. Ratio hui⁹ est quia debet diligere proximū suū sicut seip̄m sicut Lu. x. p̄ceptū est. imo non soluz ex hoc p̄cepto tenet ad hoc inducere illos: sed etiā q̄ diebus p̄cepti audiāt missam sanctificēt festa. cōstent. et ieiunāt sicut obligantur: vnde p̄cipit. Eccl. vij. c. dicēs Filij tibi sūt: erudi illos et incurua illos a puericia illozū. Ne quos nō incuruasti cū potuisti merito incuruare nō possis cū velis. Eccl. xxx. Qui docet filiū suū laudabitur in illo. et in medio domesticozū in illo gloriabitur. Si autē q̄rat q̄ etate debēt iduci pueri ad hoc sacm suscipiēdū. Dicēdū fm Alexan. de hal. q̄ iuxta iudiciū boni viri p̄sanda sunt: in puero tria. primū etas. sc̄dm est discretio. tertiu est deuotio. Primo q̄dē p̄siderāda ē pueri etas scz. x. vel. xi. ānoz fm Alexā. et Tho. et Pell. de tharātasia. Sc̄do p̄siderāda ē ei⁹ discretio id ē. cū ē voli capax: sicut dicit glo. c. oīs vtriusq̄ sex⁹. extra de pe. et remis. Lūceni peccare pōt. extra de delic. pue. c. pueris. q̄d q̄dez añ p̄dictā etatē etiā euenire p̄tigit. S; postq̄z pueri peccare p̄nt imo cōit p̄ctāt: iō remedium debēt suscipere p̄ctōz: q̄d est hoc suscipere sacramētū. de p̄se. di. ij. añ bñdictionē. vbi dicit Qui māducauit b corp⁹ fiet ei remissio peccatoz. vbi glo. venialiū vel etiā mortaliū: b q̄ lat⁹ in sequenti feria dicturi sum⁹. Nisi enim puer discretionis iudiciū habeat maxime

Fe. iiii. p^o do. oliuarū i. xl. de male se hñtibus

q̄ discernat differentiā inter hoc sacramētū et cōmunē panē nōdū est inducendus suscipere sacrā cōmunionē: licet quidā greci p̄trarium faciunt propter hoc q̄ dyonisi^o. c. ij. ecclesiastice hierarchie: dicit baptisatis esse sacraz cōmunionē dandaz: nō intelligētes q̄ dyonisi^o de baptismo loquit̄ adultozū. Nec tñ aliquod detrimentū patiunt̄ p̄pter hoc q̄ dñs inquit **Jo. vj.** Nisi manducaueritis carnem filij hoīs et biberitis ei^o sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Quia dicit **Aug^o.** Bonifatio scribens. Tūc vnusquisq̄ fidelissime corporis et sanguinis p̄iceps fit sp̄ūaliter qm̄ in baptismo membrū corpus xp̄i efficit. Hec est sententia **Thome.** Tertio cōsideranda ē pueri deuotio. Nā si in eo apparet q̄ cum deuotione suscipiet sanctā cōmunionē inducendus est ad illam.

Expelli debet de ecclesia v^ol excōicari qui admonitus semel in anno nō suscipit sacramētū.
Capi. iij.

runt eum scilicet sepe concinendo. Tunc corda
eorum in seculum seculi. Inter quos uiuere
nos faciat ipsa beatorum consum-
mata uita dominus iesus christus. Qui cum
patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula
seculorum. Amen.

Feria sexta incipit tractatus de
passione dñi nostri iesu christi.
ubi litteralem historia persequitur
interferendo pulchra ac deuota
que legentis animam in concup-
tione adducunt. Ser. ly.

Afflictus sum

et humiliatus sum nimis ru-
gebam gemitu cordis mei.
ps. xxxvij. Tam efficax et tam
admirabile actante gratie est

mysterium sacratissime passionis quod si mens hu-
mana illud sentit et ueraciter experit concup-
tione cordialiter christo passio inflamat et trans-
format ita in eius dilectionem quod sicut sentit cibi
formam uoluisse mori pro suo amore: sic etiam para-
ta sit pro illo non solum omnem culpam horre-
re uentem omne supplicium mortis subire. Proinde
de apostolo quod uerbum potest esse aliud the-
ma in presenti materia. ad Phil. ij. c. horat nos
d. Hoc enim sentite in uobis quod et in christo iesu.
In quibus uerbis ad tria nos apostolus horat.
Primo ad actum cordialissimum. scilicet ad subie-
ctum convenientissimum. tertio ad obiectum amo-
rosissimum. Primo quidem horat nos ad actum
cordialissimum quod est sentire dicentem. hoc enim sentite
magna quidem opera est iter cogitare intelligere et se-
ntire de christo iesu. Paucorum tantum est hoc pro-
ferri et rimari et intelligere sed paucissimorum ideo
est id sentire et experimentaliter experiri. Id
enim tantummodo est mentis per ardentissimam cari-
tatem christo se totaliter conformare. Quod quidem
exemplo patere potest. Nam si uideres aliquem
cruciari uel suspendi qui tibi nullo modo con-
iunctus est: potes quidem eius penam cogitare
atque intelligere non tamen cordialiter sentire. Quis
vero tuo filio aut cuiusque tuo cordialiter dilecto
talibus iniuriis irrogatis: tunc quidem grauiter lesu-
ram in animo experiris eo quod per uiam sensu-
lis seu ardentis amoris sis illi inuiscat et ipse
tibi. Nec in super tantum inquit apostolus. Sustate aut
uideate seu odorate et sic de ceteris quibus se-
libus. Sed ait sentite: ut omnes quibus ani-
me sensus uero uerbo comprehendat et cordi-
nostro sensus dñice passionis imprimat et in-
figat. Secundo horat apostolus ad subiectum conueni-
entissimum ad talem sensum quod est intrinsecus
nostri. Iohannes subdit in uobis. Adhuc quidem
muneris est sentire in christo quod et in christo. Sed
quando uerus dei amor sic inebriat mentes
quod nihil sentit in se nisi christum et qui sunt christo
quod totaliter sit transformata in eum. hoc quidem
altioris est doni. Sicut per experientiam hoc in se
habuisse apostolus attestat cum ad Gal. ij. ait: ui-
uo ego iam non ego: uiuit uero in me christus.
Potest hoc etiam manifesto exemplo probari
nam si mente consideras dulcedinem mellis non quidem
dem in te sed in melle sentis dulcedinem eius.
Cum uero in ueritate comederis istud: gustus
etiam absente melle remanet dulcoratus. Sic
hinc in proposito nostro. propterea subdit quod et in
christo iesu. Adhuc si quidem est sentire christum in
sua humanitate. maius est sentire illum in sua
diuinitate. sed maximum et inestimabile est quod
tanta sit coniunctio dilecti et diligentis quod que-
cunque agunt circa dilectum a deo experientiam

ter sentit ipse amans: sicut si fierent circa euz
 nō contentus sentire psonaz tantū in verita
 te sube sue s̄ q̄cunq; illi s̄ s̄t vsq; ad minia i
 time expitur. Et s̄ h̄ apl̄s subdit. hoc quod
 z in xp̄o iesu. Sed q̄ z i xp̄o iesu q̄si sp̄u ebri
 us omnes in xp̄m iesuz transformare deside
 rans addidit inebriat̄: nomē iesu. Itaq; ad
 h̄ nafalis rō z experimētū sensibilenos hoz
 taf. Si em̄ p vitalē influxū capit̄ i h̄ūana mē
 bra q̄d capit̄ ē: mēbra sentire h̄nt vtpote si q̄
 cunq; indispotio in capite sit totum corpus
 apparet sentire lesurā. Multo magis q̄d ē in
 capite nostro christo debemus z nos sentire
 nisi forte simus ei⁹ palitica membra. Qualis
 enim capitis nostri gratia z influxus euz nō
 descendit ad talia membra: nō equidē senti
 unt que sunt in christo iesu domino nostro.
 In hoc igitur experire anima mea an sis vi
 uum in christo an paliticū membrū habens
 viui membri exteriorē apparentiā nō interio
 rem vitā z gratiā. Sed hoc tantū actale do
 num sentiendi in se q̄d z in xp̄o iesu. Nemo
 potest acquirere p seipsum nisi ei p gratiā di
 uinitus largiat̄: nec largiri dignat̄ deus nisi
 interueniente aliquo digno intercessore: euz
 fm apl̄m. ij. Cor. ij. Nō sum⁹ sufficientes a
 liquid cogitare a nobis q̄si ex nobis. Ad quē
 ergo cōfugimus hodie p tanta gratia ipe
 tranda. Cui⁹ precib⁹ impetrare poterim⁹ eā
 quē repire valebim⁹ intercessorē. Si enī ad
 virginez matrē que nobis solet omnes gra
 tias impetrare: velle hodie habere recur
 sur: reperiemus eā sic filio suo dilecto tā hor
 ribili ter cōculcato z crucifixo totis viscerib⁹
 omnib⁹ sensib⁹ z cunctis cogitationib⁹ com
 pati: z sic in eū totaliter transformari q̄ ad ni
 hil aliud sentiendū mentē suā: videret posse
 transferre. Quid enī rememoratio gratiarū
 suarū atq; nostraz petionū in eius memo
 ria aliud eēt nisi multiplicatio suoz doloruz
 Nā si dicerē aue. respondere vtiq; posset. s̄
 ne queso dixeris mihi Aue. i. sine ve que io
 cunditatis saluatio ē: quia ve dolorū z affli
 ctionū filij mei dilecti in cruce pendentis so
 la cōpatiendo subporto. Posuit me dñs de
 solatā tora die merore cōfectā Thre. j. Si di
 cerē ei maria: respondere valeret. Ne dicas
 mihi maria hoc est illuminata: cū lumie ocu
 lozum meorum ozbata sim z lumen oculoꝝ
 meoꝝ z ipsum nō est mecū: Nec dici possuz
 maria id est illuminatrix: cū locata sim in te
 nebris z in ymbra mortis. Si etiā adderē ei
 gratia plena. Et iterū responderet. Heu mi
 hi fili ade. Qualis mihi gratia an̄ oculos me

os videre filiū meum tot dolorib⁹ z cōfusio
 nibus plenū inter latrones pendentē. Si s̄
 derem dñs tecū: subito responderet. Quo
 modo filius meus dñs est qui tanq; malefa
 ctor z latro pendet in patibulo crucis. Nec
 ēt mecū illū dicere vales quē nec tāgere nec
 insuper ei valeo appropinquare. Thre. j. Id
 circo ego plorans z oculis meis deducēs la
 chrymas qz longe factus est a me consolator
 meus. Si dicerē benedicta tu in mulieribus
 merito responderet. Quō benedicta suz su
 per alias mulieres que ab omnib⁹ cū dilecto
 filio meo suz crudeliter maledicta z blasphe
 mata. Cū Thre. j. c. scriptū est. Omnes plecu
 tores eius apprehederūt eā inter angustias
 Dēs q̄ glorificabāt eā spreuerūt illā qz videt
 ignominia ei⁹. si s̄b inferrē. Et benedict⁹ fru
 ctus ventris tui. Nōne dicere posset. qua ra
 tione benedictū fructū ventris mei nomias
 qui cōtinue a gente impia iudeozuz est blas
 phemijs z impropertijs maledictus. Et in eo
 verificat̄ quod Deut. xxi. c. scrip. est. Male
 dictus omnis qui pendet in ligno. Si adde
 rem quoz iesus qui saluator interpretat̄: mi
 raret vtiq; dicens. Quomō filiū meū salua
 torē nomias: cū impia iudeozū turba ei im
 properando dicat. Alios saluos fecit seipsum
 nō potest saluū facere Ath. xxvij. Nec in
 super subdere possuz. Sancta maria ora p
 nobis peccatorib⁹ qz merito respōdere possz
 Quomodo p vob⁹ peccatorib⁹ orare debeo
 que cōpati filio meo dilecto in cruce pendentī
 nō sufficio: sed p dolore z lachrymis toto cor
 de deficio. Dimitte ergo me vt plangā pau
 lulū dolorē meū Job. x. Ad quē igit p auxi
 lio hui⁹ impetrande gratie recurrem⁹. quez
 habebim⁹ adiutorē. Quē obtinē poterim⁹
 ipetratorē ad quē mētes suplices dirigem⁹ ni
 si ad te lignū vite. ad te crucē sacra: ad te cru
 cem benedictā: ad te inq; in qua omnes sen
 sus dñi iesu christi z omnes thesauri sapiētie
 hūano generi dispensandi reclusi sunt. Tu
 scala iacob p quā angelice gratie ad nos de
 scendunt. Tu clavis dauid veri que claudis
 sensuz christi z nemo aperit: aperis z nemo
 claudit. Tu fons diceris gratiaz prop̄ con
 iūctionē corporis iesu christi z humectationē
 ei⁹ sanguinis preciosi. Tu ergo que pulchri
 tudinē de membris dñi suscepisti: aperi sen
 sus nostros: illumina corda nostra. p̄ijs sen
 sibus passionis christi reple viscera nostravt
 valeam⁹ vere sentire z spiritualiter operari
 que pro nobis sensit dominus noster iesus
 christus. Ad te igit pro hac gratia impetrā

Fe. vi. p^o do. oliuarū i. xl. de passione dñi.

da dirigimus preces nostras: effundimus corda nostra: humiliamus capita nostra suplici deuotione dicentes. **O** crux aue spes vnica hoc passionis tempore auge pijs iusticijs reis qz dona veniā Amen. Afflictus sum et humiliatus sum nimis rugebam a gemitu cordis mei. **I**terū vbi supra. In quibus sacratissimis verbis septima religiositas videlicet christi passionati deuotissima demōstratur. vbi propheta in persona xpi ad triplicē sensum attrahit corda nostra. **P**rimo ad sensum suorum dolorū ibi. Afflictus sum. scōdo ad sensum suorum vituperiorū seu cōfusionum ibi. Et humiliatus sum nimis. tertio ad sensum suorum merorū seu clamorū ibi. rugebam a gemitu cordis mei. **I**nterim tamē mani feste demonstrat qz pro peccatis nostris expiandis crucis patibulū et durissimā mortē pessus est. **U**nde ad purgandū luxuriā nostram: voluit pati dolores. **I**deo ait: afflictus sum. **E**t ad purgandum suū verbā: passus est confusiones ideo subdit. **E**t humiliatus sum nimis. **A**d purgandū auariciā sustinuit merores. ideo addit. et rugebam a gemitu cordis mei. **P**rimū contra cōcupiscentiā carnis. scōm contra superbiā vite. tertium vero cōtra concupiscentiā oculorum. **I**n quibus tribus fm̄ sententiā beati **Jo. i. Jo. ij.** Omnis mundana concupiscentia a peccatoribus frequentat. **U**t autē tota series dominice passionis debito et recto ordine capiatur et euangelica hystoria clarius et conuenientius contexat. totū tractatum passionis in tres partes principales distinguamus fm̄ triplicem supradictum pphetiū sensum. **S**cōdaz principalē partē pro tertia et vltima referuantes.

Prima pars principalis circa sacrm̄ dnice passionis q̄ i cōtēplationes duodecim ē distincta xpi dolores vsqz ad crucifixionē eius inclusiue cōplectens.

Primo autē principaliter in pphetico verbo cor nostrum inducit a christo ad sensum suorum imensozum dolorū quos passus est tempore passionis. **E**t de hoc propheta dicit in persona domini saluatoris. Afflictus sum. **H**anc quidem afflictionem atque christi dolores in duodecim

contemplationes per ordinē distinguamus agendo de passione illius vsqz ad eius crucifixionem inclusiue. **H**arum quidem cōtēplationum tres pertinebunt ad passum principium. tres ad passionis processum. tres ad passionis augmentum. et tres vltime ad passionis complementum.

Articulus primus prime partis principalis passionis christi de tribus contemplationibus q̄ pertinent ad principium ipsius passionis. **E**t primo christus p̄ dixit discipulis suis passionem suam et eos ad constantiam exhortatus est atqz contra futurū bellum vigilia et oratione p̄muniuit eos. **C**apitulum. i.

Prima contemplatio ptinens ad principium passionis: tria in se comprehendit. **P**rimus est passionis p̄nunciatio. scōm ad passionē exhortatio. tertium christi cōtristatio. **P**rimo ponit ab euangelistis passionis p̄nunciatio. scilicet facta a christo discipulis suis. **N**am sermone diuinarū instructionū p̄libato in cena surrexerūt omnes dicente domino. **S**urgite eamus hinc. **S**tabant em̄ apli attoniti ex verbis dñi dicitis qz in proximo tradendus esset. **P**roinde dominus verbum excitatiuum emisit dicens. **S**urgite eamus hinc. **N**on tamen dixit dominus. surgamus et eamus. non enim crederet dominus in animo consternat⁹ vnde ei surgere necesse foret. **S**ed erat suspensum ad magnificum opus. **S**urrexerunt ergo a loco cenaculi. **E**t sicut **A**bat. ait: hymno dicto. id ē. aliqua laude et gratiarū actione post cenam reddita deo. **E**x hoc enim loco apertius patet qz in principio et in fine comestionis: solitus erat christus laudes et gratias reddere deo patri. **Q**uod et docuit obseruare discipulos suos. **E**xierunt in montē oliueti. **T**ūc dixit illis iesus. **O**mnes vos scandalū patimini in me in ista nocte. **S**candalum autem

pati in christo. est cadere ab ei⁹ fide atq^{ue} sequela. Discipuli autem in illa nocte ceciderunt iⁿ christi sequela. Nam eo relicto fugerunt. Aliquo modo ceciderunt ab eius fide quia facti sunt in fide dubij vacillantes et consternati. Et subdit Scripturaz est enim Zachari. xij. Percutiam pastorem et dispergem^{us} oues gregis. Postq^{ue} autem surrexero precedam vos in galileam. In quo quidem sermone contra duo que dixerat: Alia duo subiunxit. Nam resurrectionem se dixit contra percussorem pastorem: atq^{ue} contra dispersionem ouium dei: dicit se processurum in galileam: sicut precedit pastor ad congregandas ac recuperandas oues dispersas. Respondens autem Petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te ego nunq^{ue} scandalizabo. Scdm autem Hierony. hoc non fuit dictum temeritate nec mendatium: sed extitit ardens fides erga christum. Aug⁹. tamen in lib. de ciuitate dei. c. xij. supponit q^{ue} ibi fuerit aliquid presumptionis. Tu illi iesus Amen dico tibi quia in hac nocte anteq^{uam} gallus cantet ter me negabis. Tu illi petri. Et si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similit^{er} et omnes discipuli disperunt. Scdm subdit ad passionem exortatio. Nam his dictis egredit^{ur} iesus cum discipulis suis ad montem syon transgrediens torrens cedron: a cedris ibi plantatis sic denominat^{us}. Mystice t^{er} torrens subita et cito defluent^{em} tribulationem insinuat. Juxta propheti^{um} dictum. De torrens te in via bibet. propterea exaltabit caput. Defluxit siquidem torrens tribulationum et passionis cristi et ipse transiit per eum ad gloriam sempiternam. Quod et ad hebre. ij. c. testat apostolus dicens. Uide mus iesum propter passionem mortis gloria et honore coronat^{um}. Et venit iesus in villam que dicit^{ur} gethsemani in qua erat ortus in quem introiit ipse et discipuli eius. Et dixit discipulis suis. Sedete hic et orate ne intretis in temptationes. Gethsemani nempe vallis pinguedinis interpretatur: ut mystice comprehendam^{us} q^{ue} orationis locus qui proprie noscitur esse cor debet vallis esse per profundam humilitatem. ut scilicet pinguedine deuotionis repleat. Hoc et humilis propheta postulabat dicens. Sicut adipe et pingue-

uedine repleatur anima mea. Sed quia ex abundantia cordis os loquitur ideo subdit. Et labijs exultationis laudabit os meum. Tertio subditur christi contristatio. Et de hoc apertius subinfert. Et assumpto Petro et duobus filiis zebedei cepit contristari et mestus esse. Tunc ait eis. Tristis est anima mea usq^{ue} ad mortem. sustinete hic et vigilate mecum. Hec siquidem tristitia magnitudine preter tendebat amoris: ut intantum nos sciamus diligere ut tristetur pro nobis leticia. Nemo tristatur nisi de dampno dilecti. Equa nempe lance appenditur i anima bus hominum circa eandem rem: Amor cum adest: dolor cum abest. Sed terminus huic tristitie appositus: animum i consideratione suspendit cum dicit: usq^{ue} ad mortem. ut mortem eternam omnium unius mortis victoria superari credamus. Nam mors et mors duro consistere duello. quia in victoria mortis christi: mors omnium absorbita est. T^{er}ti^o apostolus. i. Cor. xv. c. Absorbta est mors in victoria. At seq^{ue}. vbi est mors victoria tua. Opium verbum. O scibile verbum. O amabilis vox. Tristis est anima usq^{ue} ad mortem. Hic modus loquendi magnitudinem tristitie significare potest eodem modo quo multum turbati dicere solent. Turbatus sum usq^{ue} ad mortem. i. tanta turbatione q^{ue} est mihi quasi mors. Sic Ione. c. iij. dicit Bene irascor ego usq^{ue} ad mortem. ut significare potest terminum durationis doloris ei⁹ ut sit sensus. me oportet tristani usq^{ue} ad terminum mortis. Puto autem q^{ue} hic vtrunq^{ue} significetur. Sed queso vnde tristatur atq^{ue} quo modo ille inuisibilis sol eclipsim tristitie patitur qui omnem animam coherentem sibi: diuinis facit coruscare splendoribus et leticijs ineffabilibus replet nisi quia aduocata ab ipso erat tristitia illa atq^{ue} iusta non importuna venit. Et ad sustentiam atq^{ue} vigilantiam christus suos electos inuitans ait. Sustinete hic et vigilate mecum: non q^{ue} quereret illos ires in suo esse presidio nec ad suam tutelam volebat esse intentos quos paulo ante predixerat in eo scandalum omnes esse passuros. Sed eos ad tollerantiam disponebat. Subdit etiam. Et vigilate mecum i oratione. Tum ut ostendat q^{ue} ora-

Fe. vi. p^o do. oliuarū i. xl. de passione dñi.

tionones nostre ad hoc vt efficaces fiant sue coniungi debent. **T**ū vt demonstraret q̄ passioni ei^o pro qua orabat cōpassionē et orationem cōiungere debemus. **T**ū vt doceat ipsos prelatos et sanctiores non dedignari suscipere orationis suffragiū ab inferioribus suis licet imperfecti cognoscerent.

De triplici christi oratione facta in orto et de eius graui ssima agonia. Capi. ij.

Secunda cōtemplatio etiā pertinet ad principii passionis triplicē christi orationē in se cōprehendit. **S**z p̄mittitur orationi prime: sicut testat **Luc.** q̄ progressus iesus pusillum videlicet q̄rū est iactus lapidis procidit in facie suā. **D**imittit igit̄ verus amator octo discipulos: dimittit et tres vt se totū ad ipsuz recolligat ab hominib^o corpe segregatus. tñ sub iniminata mēsurā .i. q̄tū ē iactus lapidis. **L**autū quidez fuit a spiriūsancto vt sic euangelista describeret eo q̄ propius et longius lapis proici potest. put̄ valitudo maior vel minor fuerit iacientis. **Q**uāntas et grauitas lapidis p̄fecti vt mystice innuatur q̄ nunq̄ tantū in vita christus ab aliquo elongatur q̄ cor lapideum hominis peccatoris ad ipsuz nō possit cū voluerit plene cōuertī. fieriq̄ p̄cipem illius profundissime orationis que te p̄ne subdidit voluntati vt pro nobis calices biberet passionis. **B**ene quoq̄ p̄cidit in facie suā. .i. genuflexit capite inclinato et in terraz vultu defixo. **N**am qualis erat cōscientia mentis i eandem transformabat et corpus: per omnia enī anima christi paterne voluntati subiecta erat. **E**uangelista vero mathe^o ait: **P**rocidit super terram. scilicet vt maledictio terminaretur ad e. **D**e qua **Gen.** ij. c. dictū ē. **P**uluis es et in puluere reuerteris: **N**am x̄ps natus de terra ad e. procidit sup terraz: **Q**uerbat illam ponere sup celum ad qd̄ possidendum creata erat. **P**rimo igit̄ orat. d. **P**ater mi si possibile est transeat a me calix iste. verū tamen non sicut ego volo sed sic tu vis. **O**rās igitur ait: **P**ater misericordiarū et deus totius cōsolationis. pater mi ab eterna videlicet deitate: pater mi et nullus alterius p̄ deitatis naturā: pater mi et oim̄ s̄z mei plusq̄ oim̄ **A**llocutio pia. **A**llocutio humilis. **A**llocutio amabilis inflexibilē possidēs omnino veritatem. **C**ed addidit d. **S**i possibile est. **Q**uid sibi vult hec talis apposita dubitativa conditio cū certus sit q̄ omnipotēti omnia quidez

possibilia sunt. teste propheta qui ait. **Q**uacūq̄ voluit dominus fecit in celo et in terra in mari et in omnib^o abyssis. et nihil vult qd̄ nō possit. nihilq̄ potest qd̄ nolit. vñ trāsfert possibile de potentia in voluntatē: vt si velit possit: nō possit si nolit. **T**amē euangelista **Lucas** vigilātozi verbo ait. **P**ater si vis trāsser calicem istum a me vt omnino potentia transeat in voluntatē: et velle atq̄ posse ueritatē non habeant in diuinis. **L**atid tamē amotio petebat et dicebat nolle bibere qd̄ anxio desiderio sitiebat. **E**t homo quidem dicebat nolle bibere: sed prout ratio superior obediebat veritati: prompto animo elurebat. propterea subdit: verū tamen nō sicut ego volo sed sicut tu vis. **N**ihil enī postulare debemus nisi qd̄ dare velle credimus bonorum omnium largitorē. **N**ā improba quippe est petitio que datoris supergredi dicitur voluntatē. **S**i qñ tamē aliquid humano sensu in oratione proferi nō p̄ssit ex animo neq̄ verbo sed x̄pi exemplo postq̄ ratio interpellatione se subdat supno iudici. d. verū tamen nō mea sed tua voluntas fiat. **N**ec tñ a mysterio vacat q̄ hanc orationem ineffabilem triplicat vt videlicet trinitas significatur in omnibus gestis eius. **N**az et patri oratio fundebatur quā ipse fili^o in assumpta humanitate fundebat. atq̄ spiritui remittebat cum dicebat. **N**ō mea pater sed tua voluntas fiat. **I**n lege vtq̄ scriptum est **Deutro.** xvij. in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. **P**roinde christus ex trib^o assumptis testibus et totidem actibus: esse verū asserit quod agebat. **S**aluator igitur prima vice oratione peracta non accipiens vt homo responsū vt homo verus pauēs et tedio se asustinere et orare et vigilare fuerat exhortat^o. **U**nde subditur. **E**t venit ad discipulos suos et inuenit eos dormientes. **P**ropterea dixit dominus **Petro** sic. **S**ymon dormis. qui scilicet vigilare corpore et animo promissisti. nō potuisti vna hora vigilare mecum. id est cum adiutorio meo. **E**tq̄ omnes tres exhortando subdit. **V**igilate et orate vt non intretis in temptationē. **N**ec fm̄ **Hies.** ait vt si temptamini: quia impossibile est humana manū non temptari: sed inquit. **N**e intretis in temptationem. .i. ne temptatio superet vos. ad premonuit. orationes vero nūc superaddidit quoniā per ipsaz et ex ipsa et in ipsa tota vult

et actio nostra inualefcit et crefcit atq; auer-
 tit temptationis introitū quous ipſi nō phi-
 bear actū: ſed vñ debuerint id timere oſtēdit
 ſubdens. Spiritus quidē promptus eſt: caro
 autē infirma. q. d. Spiritus quidē veſter im-
 ptus eſt. ſcilicet vigilare ac ſuſtinere mecum
 et me confiteri et nō negare ſicut paulo aſi di-
 xiſtis: ſed caro veſtra infirma eſt et tantum
 q; promptitudinē ſpiritū deprimit et recōdit
 hoc autē alijs verbis apuſ ad Gal. v. c. de-
 clarat d. Caro em̄ cōcupiſcit aduerſus ſpiri-
 tum et ſpiritū aduerſus carnē hec em̄ ſibi in-
 uicem aduerſant̄ vt nō quecunq; vultis illa
 faciatis. His dictis ſaluator agonista prom-
 ptiſſimus. ſcō abijt ad oranduz eundē ſer-
 monē dicens. Inuariabilis eſt oratio chriſti
 et formā nobis orationis oſtēdit ne mēs orā-
 tiſ labat̄ in multa. variatio enī petitionū in-
 ſtabilis animi indicū eſt. Et reſponſo nul-
 lo accepto referente ſcriptura p̄ modicū in-
 polat̄ orare. Reuerſus tñ ad piaz et vtilē acti-
 onem. Nā venit cōfortatur̄ diſcipulos ſuos
 quos in pugna debiles cognoſcebat. **O**por-
 tet ſiquidē quōs orationē intermittere p̄ vti-
 litatib⁹ proximozū. Maxime vbi ſpūalia bel-
 la inſurgūt ne ſciz inuiſibilis ab inuiſibilib⁹
 inimicis in ſpūalib⁹ caſtris deſ inopinatē cō-
 ſictus. Ecce intermittit orationē chriſtus nō
 tedio affectus orādi ſed remedio alijs prou-
 dendi. **E**ueniens ergo ad diſcipulos ſuos in-
 uenit eos iterū dormientes. Ecce q; caro in-
 firma cōtra ſpiritū inualefcit. Dormierūt qui
 in proximo vitam negaturi erant. **S**epe ete-
 nim malū futuroz p̄ſagium ē maloz ac ſe-
 pius peccatū peccati alteri⁹ initiū eſt. **D**ormi-
 tionis vero cauſaz euangelista conſcribit d.
Erant em̄ oculi eozū grauati. **H**yſtice enī
 oculi ſunt lucide ac feruide intelligētie men-
 tis. qui aut pondere ſenſualitatis aut hono-
 re iniquitatis grauant̄. **S**enſualitatis quidē
 grauamē ſentiebat **J**ob. vii. c. cū dicebat **F**a-
 ctus ſuz mihi metipſi grauis. **I**niquitatū qz
 onere grauabat̄ p̄pheta cum ait: **I**niquita-
 tes mee ſupergreſſe ſunt caput meuz et ſicut
 onus graue grauare ſunt ſuper me. **A**poſto-
 loz igitur oculi grauabantur quo mentis
 oculoꝝ ſegnities demonſtrabatur. **E**t igitur
 nozabant quid reſponderent ei. **A**lte quidē
 promittens et in promiſſione ſuccumbens
 legitima reſponſa non habet: maxime ſi faci-
 lis eſt promiſſio: aut ſi leue eſt quod exigitur
 ab amico. **P**romiſerāt apoſtoli chriſti i mor-
 te ſocietatem: ipſe vero facilem vigiliam eri-
 gebat. **H**ac ſi quidem vice ſaluator apoſtoliſ

nihil dixit ſed ipſis aspectis reſceſſit. **R**ediēs
 igitur ad orandum chriſtus ieſus orauit tertio
 eundem ſermonem dicens. **E**undez ſermo-
 nem dixit qui eundem imitandū animū poſ-
 ſidebat. non pro remouenda pertinacit̄ paſ-
 ſione ſed pro ſua conformi voluntati euz pa-
 tre pādenda. **I**n hac ſi quidem trina oratiōe
 factus eſt in agonia et prolixius orabat. **F**a-
 ctus eſt autem in agonia in ſenſu carnis et
 anime virtute alicuius decertabat longioris
 quoq; temporis ſpatio protelauit ſermones
Timor namq; et amor prolixius hominē quā
 q; facit orare. **T**anta deniq; fuit in chriſto o-
 rationis vehementia atq; tam horribilis in
 anima eius ſenſibilis imaginatio mortis ac
 mentis admirabilis agonia: **Q** ſicut **L**u-
 cas refert. **F**actus eſt ſudor eius ſicut gutte
 ſanguinis decurrentis in terras. **E**t licet pe-
 na non rationalis non poſſit reddi de tā ſtu-
 pendo doloris ſigno oſtenſo in ſudore ſang-
 uineo. **N**ihilominus dici poſteſt q; aliquantū
 diſpoſitiue timor et amor bellantes in cor-
 de ieſu quo ad ſuum ſenſitiuum in cauſa ex-
 titerunt: **D**um enim attenderet tā graue bel-
 lum ſuper ſe veriffime iminere: timore cōcuſ-
 ſit ſenſitiuum ſuum ex quo ſanguineus hu-
 mor fuit ad interiora reductus. **S**uper hūc
 autem timorem reijciendū fortiffimus et fer-
 uentiſſimus amor tanq; mire magnitudinis
 malle⁹ repercuiens et ipſum excludens om-
 nes poros ieſu chriſti et venam largiter relax-
 auit vt ſic d̄ toto corpore flueret ſanguineus
 ſudor decurrens in terram. **D**urum igitur
 et inuiſibile bellum in illa chriſti anima ge-
 rebatur quando velut ex percuffionibus p̄
 corporis poros eius ſanguis decurrebat in
 terram. **E**t quia anima eſt in qualibet parte
 corporis tota et eſt ipſius corporis vita. **I**d-
 circo ad oſtendendum imenſitatem doloris
 ſui debuit dolorem ſuum indicare in omni-
 bus membris ſuis. **I**mmenſus quoq; et fer-
 uentiſſimus amor in hoc etiam manifeſtat̄.
Sepe enim feruens ebullitio emittit ad ex-
 tra. **P**roinde q̄tum anima chriſti charitatis
 igne i intimis bulliēdo ferueret: ſcaturitio
 ſanguinis clari⁹ manifeſtat̄. **F**uit nihilomi-
 nus ſudor iſte partim rememoratiuus do-
 loꝝ omnium quos ab inſtanti conceptio-
 nis ſue dominus occultauit in corde ſuo. p̄-
 tim reſentatiuus illoꝝ quos in preſen-
 ti ſuſtinuit agonia. partim pronotiſticus et ſi-
 guratiuus tam illoꝝ quos in ſuo corpore
 incontinenti habebat: q; etiam in ſucceſſu
 temporis in corpore myſtico in quib⁹ et ipſe

Fe. vi. p^o do. oliuarū i. xl. de passione dñi.

tāq̄ caput tūc patibaf. **N**az stati sicut infra patebit feruid^o velut athleta bulliens amore et triumphans fortitudine: sciens omnia quēvētura erāt sup eū occurrit ip̄s et impleuit qđ dērat doloꝝ i carne sua. **Q**ūli ardoze fornar iesu succensa erat q̄ sic carnē suā totā in sudoze reliquebat. **M**ystice em̄ sanguis christi decurrēs in terrā signū erat profusionis anime eius p dilectionē ad humanā naturam vt vita sup mortē effunderet ipsaz vī delictet absorbendo: in sanguine quidē dicit esse vita. **T**erra nempe mortalis adā et ex ea cōtracta propago est sup quā tota vita cristi decurrit vt hoc mortale cōpositū absorbēat ab ea. **L**ouertere igit̄ aīa mea ad piā et deuotam considerationē filij dei iesu et velut p̄sentem in speculo euāgelij eū positus genibus inuere ozantē vehemētia mentis sudantes et guttulis sanguineis circūfusuz. **C**ōtemplare hunc iuuenē genuflexum nec deorsuz uertentē faciē nec erigentē ad celuz: de profundis sui cordis clamātē et irrecruatā omni no perficientē orationē. **N**ia quippe sup celos p̄cederat qđ sanguis ex corpe emanabat rigans sub oculis terrā nostrā arentē et infecundaz fructib^o sancte vite: sicut qui de celestib^o atq̄ superna virtute uenerat eam excolere vt fecunda nō solū ciuib^o celi: uerū etiā passū gratū redderet plasmatoꝝ. **D**ecurrit etiā i terrā sanguine^o christi sudor ac rigat̄ terra diuino cruoze vt terra nostri cordis pinguedine fecundet. **I**n cui^o mysteriū in uilla gethsemani que uilla pinguedinis interpretat̄: effundit in terrā hec pinguedo salutis.

Quomodo christus in agonia ab angelo confortatus est. **Cap. iij.**

Tria cōtemplatio p̄tinēs ad p̄ncipiū dñice passionis. tria etiā cōtinēt b dño iesu xp̄o. p̄mū ē vehemēs ei^o anxietas. scđz ardēs ei^o caritas. tertiu^o vigēs ei^o magnanimitas. **P**rimū ē vehemēs eius anxietas. **N**ā agonizante xp̄o apparuit ei angelus de celo cōfortās eū. i. ex parte ac iussione paterna. **A**duertendū est em̄ qđ ois apparitio angelozū de q̄ text^o sacer eloquif siue i sompnis siue in uigilijs p̄ speciē corpale fuisse facta credi debet. spēs em̄ corpis corporeis obijcit sensibus. **P**roinde cristo in forma hoīs cōstituto angelus in suscepta figura de celo missus sensib^o ei^o apparuit et uocē emisit corporeā: p̄ eandē subiectā figurā cōfortans eū uelut hoiez in agonib^o faulcentē vt hmōi apparitio et cōfortatio tota referat̄ ad formā

serui penit^o et nō dei. **Q**uid uero angel^o iste xp̄o dixerit p̄fortās eū. p̄ euāgelicā scripturā nō claret. sed absq̄ cōtradictione fidei relinquit̄ pie menti vt deuote credam^o hmōi angelū cōfortatōis uerba decētia protulisse: sic decebat dicere angelū a deo celitus missuz et suscipere hominem iesuz christuz cū demonijs et diabolid hominib^o certaturū qz vt homo nō vt dei filius hanc confortationē accipiebat. **S**cđo in hac cōtemplatione contempletur christi ardens caritas. **N**am totus amor feruens retractis aut quomodo dolibet absteris eius sudoribus admirandis: **V**enit iterum ad discipulos suos et inuenit eos dormientes p̄ tristitia. **I**n tali etem̄ casu tristitia reddit̄ cor accidiosuz et graue et peruigliatione prostratum nisi grandis feruor et rigor in sua arduitate retineat illud. **D**e hoc em̄ apostoli maxime tristabant: quia christ^o totiens et ita fortiter p̄dixerat se eis passuz et recessurū ab illis. vñ **Jo. xvi.** cū dixisset uado ad eū qui misit me: statim subiunxit. **E**t quia hec locutus sum uobis tristitia implebit̄ cor uestrū. **T**ristabant qz p̄dixerat eis. qđ omnes in nocte illa scandalizarent in eo. **T**ristabant quoq̄ et merito: quia succumbent defectibus et deficiebant in promissis: nec soliti erant talia tollerare. **I**ndulget saluator ifirme materie. **C**ōcedit absq̄ uicio sensualitati qđ sua importunitate deposcit. **P**ropterea inquit discipulis suis. **D**ormite iam et requiescite. **E**cce qđ discipuli cito dormiunt in qua maxime eorum infirmitas patet. **T**ertio in hac contemplatione ostenditur christi uigens magnanimitas. **U**nde saluator aliquid quantum quietem continuo intulit dicens. **S**ufficit scilicet qđ iam vsq̄ nūc dormistis. **N**atimq̄ subnectit causam dicens. **V**enit hora ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. **S**urgite eamus: ecce appropinquat qđ me tradet. **S**ed quia hora uenit vtiq̄ passionis et ostendende uirtutis et eterni propositi declarandi. **P**redixerat enim matri **Jo. ij.** **N**onduz uenit hora mea: p̄dixerat etiā cognatis suis. scilicet fratribus et alijs non discipulis **Johan. vij.** **T**empus meum nō dum aduenit. **T**empus autem uestrum ip̄e paratur: **P**resinitū quippe erat infallibiliter quo tempore traderet ligaret̄ pateret̄ et crucifigeretur. **T**radi non potuit nisi cum uoluit. **I**gari nisi euz permisit. **N**ec pati penas et mortem nisi cum consensit. **A**ccessit ille ad passionem et passionibus super se dominuz dedit. **P**ropterea intulit. **S**urgite eamus scilicet ad eos qui ueniunt me capere. **E**cce

appropinquat qui me tradet. quasi diceret. voluntarie accedam? Sumus enim illis virtutibus fortiores vsq; in pñtiarum hora nõ fuit. Nõ enim mori infans debebat dũ illũ q̄rebat herodes: nõ puer: nõ iuuenis q̄usq; spacio viuendi mũdo psonalẽ x̄itãtẽ inotesceret atq; vitã ne qdã delusio crederet. Nõ mori debebat in etate tenera ne interrogat̄ in respondendo etatẽ transcendere videret. qm̄ ab instanti cõceptionis sue omni tpe eandẽ sapienciã habuit. Aut subtrahendo fatuitas aut fantasia estimaret. Sed nihil fecit aut dixit tempore vernantis etatis: et quo moles corporis sumebat augmentuz. Nulla causa offensionis et mortis iudeis presto erat. Cũ pfectam etatẽ talia que postmodũ fecit facere nõ debebat. Perfectio em̄ doctrine opex et miraculoz eius nedum viri uibus plenũ sed etiam virum perfecte requirebãt etatis. Prio cõdẽdũ erat euangeliũ. p̄dicandũ etenim erat antea dei regnũ: exempla p̄roganda sequentib; et in ipso sũmo disciplinarũ dãda erat omnib; viuendi forma. Qui em̄ plenitudinẽ temporis expectauit incarnationis atq; natiuitatis: horã similiter expectauit passionis et mortis.

Articulus scõs prime principalis partis passionis christi de alijs tribus contemplationibus que pertinent ad processum passionis. et primo de impia eius p̄ditione. Capi. 1.

Prima cõtemplatio pertinet ad processum dominice passionis tria etiã de christo in se comprehendit. primũ est eius proditio. scõm ei; m̄asuetudo. tertium eius admiratio. Primo enim ostẽdit eius proditio. Inuidiose nempe ambulat dux inique cohortis atq; nephande. Cũ ad huc eo loquente christo cũ aplis. Nam reuersus erat cum tribus ad alios octo venit iudas scario tis vnus de duodecim et euz eo turba multatũ gladijs et fustibus: facibus et laternis missa a principibus sacerdotũ et ienioribus populi. Ecce dux impiceps. Ecce obstinata malicia. Ecce animus inquietus et impatiens feritas que nisi perficiat concepta mala nõ dormit. Receperat pecuniam quia christum iudeis vendiderat tanq; venale mancipium et vili exposuit precio coram iudeis hominum vitam. Ex quo tam duram et duram peruersã proposui obstinãtionẽ incurrit nec familaritate cõtubernij: nec humilitate obsequij

nec suauitate colloquij a cõcepta malicia potuerit reuocari. Cohortẽ acceperat vt christus circumdatus turba de ipsorz manib; omnino elabi nõ posset. Cũ gladijs et fustib; et armis veniunt et remoueret p̄cussionib; phibentes. Cũ facib; et laternis q; in vero lumine christo excecari erant. Veniunt quoq; nocte sicut eterna nocte dãpnãdi decepti nocte peccati. Vnde apparatũ iniquitatis q̄ nihil omittit expediens ad suam nefariam actionem. Considera p̄mptitudinẽ amoris christi. cor de manet impavidus: pericula non timet q̄uis caro assumpta subdita sit terrori. Nihil perhorrescit cum amor sequit effectum qui solũ genus humanũ a periculis eternis suis tormentis transitorioz disposuerat liberare vehemẽs em̄ amor cuncta pericula spernit: si p̄uidet nõ inani spe vota posse sortiri. Ad si erãt ministri detestabiles a p̄ncipib; sacerdotũ scribis et senioribus populi. Erat in auctoritate iniquitas: principes erant sacerdotum nõ sacerdotij qui iussa mala dederunt. Omne sacerdotiũ sanctũ sed nõ omnis sacerdos. Seniores aut et scribe in hac mala legatione cõuenerant: litterã solũ que occidit sequentes et ideo ipsi ad christum occidenduz se parauerũt crudeliter. Traditor vero et aries huius mali cõuentus quia nouerat q̄ criustus erat cum discipulis suis: ad maiorẽ sceleris certitudinẽ ne scilicet christo subterfugiente aliquẽ pro eo caperent discipuloz p̄ consuetudinẽ quã seruabãt discipuli in reuisione ad christum: signum dederat pacis his qui de capiẽdo christo crudelẽ legationẽ acceperant dicens. Quẽcunq; osculatus fuerit ipse est tenete eũ et ducite caute. Et euz venisset fingens se nõ venire cũ satellitibus illis confestim accedens osculatus est cum dicẽs. Ave rabbi. O horrẽda nequicia anime scelerate premitit salutationẽ ei quem in mortis dampnationem inducit. O improba iniquitas male mentis: vocas magistrum cuius doctrinã iã procaciter contempnis. O stupenda malignitas proditoris. Oscularis factũ os et virtutẽ ei; non sentis. Vere verificatur in te sententia Prigenis qui ait: Omnes proditores veritatis se fingunt amicos: et libenter osculi signo vtuntur. Non oblitus tamẽ dominus misericordie sue dulciter eum ad penitentiam vocans. ait illi. Amice ad quid venisti? Amicuz vocat eo q̄ ipse nõ desinat amicari. Sed addit ad quid venisti. quasi diceret. Oscularis et insidiaris. Iudas hõ pacis mee in quo speraui. osculo filij

Je. vi. p^o do. oliuarū i. xl. de passione dñi.

hominis tradis. **O** benignitas saluatoris vide q̄ dulciter corripit pditorē vt scelus et modū quo pficit ipse consideret. **O** proditio neq̄: osculū qd̄ recōciliatorū est signū pro discordia irrogat: et innocens sanguis fundit̄ sub osculo pacis. **S**cdo subdit̄ christi māsuetudo: vñd̄ cum Judas pro signo letifero ori christi osculū ipressisset cū ceteris se retraxit Illis vero stantibus velut attonitis a quada diuina virtute pcussis xps māsuetudine plenus procedēs ad eos dixit. **Quē** queritis? **O** cōsumata charitas que foras mittit timorem et mortis excludit horrozē. **O** bone iesu quid facies amicis te in veritate querētib⁹ qui inimicis ad mortē te querētib⁹ spōte te ipsum tradis. **Et** illi responderūt terribiliter insonantes ac dicentes. **I**esuz nazarenum. vt verificet̄ qd̄ scriptū est per prophetam. **A**peruerunt sup me os suū sicut leo rapiens et rugiens. **Quib⁹** ipse adiecit. **E**go sū deum se esse demonstrans sicut pri⁹ dixerat **Exo. iij.** **E**go sum qui sūz. **Q**ua responsiōe audita ceciderūt retroz sūz eo q̄ dedit pater ei vocē virtutis vt scilicet doceat ignaros. sū scitet mortuos: infirmitates morbosq̄ depellat: fuget demones: et male auos terreat inimicos. **Q**uid ergo faciet in iudiciaria potestate pro districtione varia meritoruz: qñ sic terruit cohortē iprobā cū adhuc eēt i numero morituroz. **L**eciderūt ergo retroz sū ac supinati fuerunt ad celū vt saltē recognoscant virtutē desup esse terrentē et de celo descendisse quē venerant ligaturi: perdiderūt potentiam sed nō se uiciā. **N**ec resumere potuisset nisi vox que abstulit reddidisset. **P**roin de interrogat eos itez dices. **Quē** queritis omnino se offerens ad iniustā capturā. **Q**ui similiter responderūt. **I**esuz nazarenū. **D**ixit eis iesus. dixi vobis qz ego sū. **S**i ergo me queritis sinite hos abire. **O** inuicte virtutis cōstantiam magnā que inter pressuras tribulationū suarū oblita de proximis gerit curā dicēs. **S**inite hos abire. **D**iscipulis ergo qdā modo relictis intactis excepto dūtaxat qui syndonē qua solum cingebat reliquit: q̄ captus profugit nudus: **I**n christū impias manus crudeli audacia iniecerunt et ligauerunt eum. **P**roh scelus velut iniquuz qui soluere venerat cōpeditos. **F**uerat enim ab eterno predestinatū vt ex iniustis vinculis christi iusta nostra vincula soluerentur. **C**hristus igitur dñs captus est in peccatis nostris vt dicitur **Thre. iij.** **S**ed dum hec impia mysteria agerentur. discipuli ad iesum dixerunt

Domine si percutim⁹ in gladio. Qui respo dit. **S**inite vsq̄ huc. quasi diceret. **I**ntermittite vos prohibere ledentes quousq̄ paratur iudicium vltionis: quia nunc expecta est patiendi non vlciscendi. **S**ed nec expectato responso domini saluatoris: petrus exemit gladium et percussit pontificis seruum et abscidit auriculam eius dextram. **E**rat autē nomen seruo malchus. **E**t autem dextra p̄ scidit̄ auricula: magnū nob̄ idicat sacramētum cum nō humana sed diuina prouidentia factum est. **N**am abscissio dextre auriculę serui: abscissionem prenunciat recte obedientie iudaice seruitutis: **A**d auriculam quippe refertur obedientia: sicut propheta ait. **I**n auditu auris obediuit mihi. **S**ed ad dextras obedientia pro celestib⁹ recta quā omnino p̄didit seruitus conditio iudeoz. **C**ui tandem in fine seculi christi virtute restituitur. **T**unc ait iesus petro. **M**itte gladium tuum in vaginam. **A**ut conuertere gladium tuuz in locū suum. **L**ocus eni proprius gladij est vagina non hominis caro nisi pro corporali aut spiritali morbo gladio opus sit. **E**t subdit dominus. **O**mnēs enim qui acceperint gladium peribunt: quia ad culpā iusta multatio annectitur. **S**ubdit quoq̄ domin⁹ dices. **C**alicem quē dedit mihi pater: non vis vrb̄bam illum. **D**edit pater filio calicem amarissime passionis quē ipse vsq̄ ad fundū exausit pro eo q̄ pater dedit cuius voluntati nihil statuit preferendū. **O**rauerat iam in oratorio talis calix amoueret et in exanditus abscerit decreto manente paterno vt ipse calicē biberet passionis. quasi diceret. **P**ater dedit mihi calicem nō alteri redimēdi quis bibet quē ego bibiturus sum. nō vis tu creatura quod vult ipse creator tuus. **S**ubinfert christus q̄ niam cōfoamitate paterne voluntatis et succubens patris cum ait: **A**n putas qz possuz rogare patrem meuz et ipse exhibebit mihi modo plusq̄ duodecim legiones angeloz. **S**i iam orauerat in oratorio nec exaudir⁹ erat. quo modo ergo dicit modo exhibebit mihi plusq̄ q̄ duodecim legiones angeloz? **D**icendū qz tunc pro sensualitate interpellabat ad patres. qua statim subdidit rationi rōnēq̄ paterne suppositi voluntati. **N**ūc vero dicit. **S**i certandū esset. **S**i hec paterna voluntas nō decreuisset si ptin⁹ ipse calicē si dedisset: si indigerē auxilio hominum terrenoz qui habē possū exercit⁹ angeloz. **S**tatimq̄ subiungit. **Q**uō ergo implebuntur scripture p̄pheta-

rui: qz sic oportet fieri. Hoc quidē intelligē-
 dū est qz oportet nō de absoluta necessitate:
 salte respectu psonę xpi ꝑ sequēcie. s. si vo-
 lo mundū redimere z paterne voluntati pa-
 rere. Oportet etiam sic fieri presupposita pre-
 destinatione diuina. Nam sicut me pati ab
 eterno disposuit: sic prophetari ante temp⁹
 fecit: vt potius passio sit causa prophetie q̄
 scriptura prophetica fuerit causa passionis.
 Hoc siquidē diuini iuris ordo poscebat vt
 tantū regis mysteria in mundo futura per p-
 phetas idoneos multis ante actis tꝑ b⁹ no-
 ta fierent. Itā igit̄ christ⁹ circūdatus mala co-
 ta fierent. Itā igit̄ christ⁹ circūdatus mala co-
 horre perfect⁹ in omnib⁹ inimicis iam resti-
 tuebat bona p malis. ppter ea subdiť. Et cū
 tetigisset auriculā eius sanauit illū. s. pontifi-
 cis seruū. O maledict⁹ sanctorū z p̄nax seueria
 ipiorū q̄ nec maiestati miraclo: nec pietati be-
 neficio a ꝑcepta malitia potuit reuocari hoc
 tamē in mysteriū factū est vt reparatio hūa-
 ni generis mali serui ex christi passionib⁹ ap-
 pareat puenire. Restituit̄ auris dextra vt i-
 telligētia vera z obedientia recta oriri apa-
 reat passionib⁹ iesu christi. Tertio qz subiun-
 gitur christi admiratio: ppter ea subdiť. Di-
 xit iesus ad eos qui venerant ad se principes
 sacerdotū z magistrat⁹ templi z seniores. Itā
 q̄ ad latronē exiitis cū gladijs z fustib⁹ com-
 prehendere me. q̄ndie apud vos sedebā do-
 cens in templo z nō me tenuistis. Captio nis
 siquidē xpi modus z tꝑs ipsius iniuriā plus
 depromit cū velut latro z nocturno tꝑe cap-
 tus sit q̄ dies in die q̄ndie palam fiebat. Sed
 q̄les in aio essent: tempus malefactionis ostē-
 dit. Quā Jo. iij. domin⁹ ait: Qui male agit
 odit lucē. Ecce igit̄ princeps z magistrat⁹ et
 seniores psonaliter p̄grediūt̄ ad nephas at
 q̄ furentes omnino furia cōtinere nō valent
 Nec christi cruciatib⁹ faciant nisi oculoꝝ p-
 sentia prestent. Et qui p male subditos pote-
 rant cruda p̄ficere vt magis saturent̄ ex iniu-
 rijs xpo illatis volūt psonaliter interesse. Et
 licet de tota captione essent merito increpan-
 di z hic q̄dāmodo increpent̄: tñ specialit̄ chri-
 stus arguit eos de modo quē tenuerūt: tum
 qz occulte venerunt tanq̄ ad latronē qui fu-
 gere vellet cū ipse se eis in pblico cōtinuo ex-
 hiberet. Tum qz venerunt cū armis cuz ipse
 sp̄staret int̄ eos simplicit̄ z inermis. Sz non
 ceperunt eū in templo docentē q̄ndie turba
 rum verentes tumultū. Tñ alioꝝ mysterio
 factū ē ne christ⁹ docēs capet̄ in templo in q̄
 nec etiā potuit lapidari. In quo libertas do-
 ctrine atqz verborū dei p̄figit̄: qz verbū dei
 nō est alligatum nec conclusum fuit aliqñ su-

nibus tyrannorum. Addit quoqz saluator
 noster. Sed hec est horavestra z potestas te-
 nebrarū. vt tenebrositas mentis: tenebrosi-
 tate temporis inotescat. Itā tenebrarū hora
 est in qua peccata patranť: potestas vero q̄
 p̄ficiunt. Subdit etiā. Hoc autē totū factum
 est vt implerent̄ scripture prophetarū. Di-
 cit autem prophetarū: vt innuat̄ q̄ non so-
 lum in vno sed in omnibus prophetis cōti-
 nent̄ mysteria dñice passionis.

**De christi captione et fuga di-
 scipulorum. Et quomodo chri-
 stus ad annam primo ductus co-
 raz eo examinatus: et addit nega-
 tio petri. Capi. ij.**

Secunda cōtemplatio pertinēs ad p-
 cessum dominice passionis tria etiā
 de christo in se cōprehendit. primū
 est christi cōprehensio. scđm eius examinatio
 tertium petri negatio. Primū est christi com-
 prehensio. Et de hoc subdiť. Cohors ergo z
 tribuni z ministri iudeorū cōprehenderūt ie-
 sum z ligauerunt eum. O sine gemitu quis
 audire possz qualiter in illa hora homicidas
 manus in regē glorie iniecerūt truculenti li-
 ctores. z innocētes man⁹ mitis iesu vinculis
 cōstringentes ipsuz agnū mansuetissimuz n̄
 obloquentē ad instar latronis suribunde cō-
 prehendant qui deitate omnia: z ligant euz
 qui venerat soluere omnes a vinculis pecca-
 torum: et a cōpedibus demonis infernalis
 extrahere cōpeditos. fm em̄ Bern. postq̄ ce-
 perūt z corpus bacculis pungebant z peuti-
 ebant exercentes in eo bestialitatē crudelita-
 tis sue. Quo viso omnes discipuli eo relicto
 fugerunt. herebant ad dominū iesuz christū
 q̄ colūpne celi tremiscere habuerūt. O mi-
 ra fragilitas cōditionis humane: tempe ꝑse-
 cutionis a suis discipulis relinquit̄ christus
 quos p̄docuerat et cautos fecerat qui om-
 nes sponderāt secum vsqz ad mortē in tri-
 bulationibus permanfuros. Fugerunt em̄
 velut volatilia int̄ q̄iacif̄ lapis improuise ꝑ-
 semitas aeris volitantia que in summitati-
 bus z ramusculis arborum se tollunt quas
 ante non p̄ciderunt. Sic z apostolic⁹ cho-
 rus fugiendo in incertitudine refugij vaga-
 batur. Adolescens quidam sequebat̄ eum a
 mictus syndone super nudo. Et tenuerunt
 eum. At ille relicta syndone nudus profugit
 ab eis. Nec verit⁹ est dilectus discipulus nu-
 ditatē: nec recordat⁹ amoris cui⁹ dulcedinez
 pauloan̄ hauserat. Inclinat⁹ sup dñicū ꝑccus

Fe. vi. p^o. do. oliuariū. xl. de passione domini

et quā gustare debuerat cū gustauit dñicus sacramentū. **S**ecō sequit̄ christi coram anna examinatio. **D**ucit̄ enim iesus a satellitibus mortis ad annaz primū. **H**ic interrogauit iesum de disciplinis et de doctrina eius. **I**nterrogat de discipulis quos credit ebetes qz sequūt̄. **I**nterrogat vt discat an nobiles vel gregarij sint. vt ex cōditōe discipulorum sciat in ingm. **N**ec nō in auctoritatez qua cōgregauerat intēdebat. cū iudicio suo ppter decretū pontificū et sacerdotū nemini liceret sub noua doctrina discipulos cōgregare. **P**roinde interrogat eū etiaz de cōtrina ad pnciosam inquisitionem annas se cōtulit acinuoluere vult doctozē nō subdocibilem fieri. **I**d qz agebat vt pciperet si adūsus moysaycā legē et traditiōes templarias doctrina xpi aliqd̄ iutulisset. **C**ū itaz saluator arguerit eos qz trāsgressi sint mādatū dei ppter traditiones suas. **E**cce doctrina xpi humilitat̄ de core fulget: que cū sit diuina sub hoīm iudicio ventilatur. **S**aluator aut̄ ad inquisita respondēs d. **E**go palam locut^o sum mundo. **O**cculta nēpe doctrina supstiniōe plerūqz pfunditur: et vitū vtiqz habet annexū si publicum timer. **N**ō aut̄ omnis occulta iusinuatio sancte doctrine cōdempnat̄ q. s. **S**ecura manet si duca in publicū: que palam fieri nō vitat ne dephendatur in macula: cuz sit ipa immaculata necessitas: et causarū varietas sepe cogūt vt lucerna qñqz paucis luceat in occulto que mallet lucem dare in manifesto. **P**roptinus ad sanā doctriam spectat vt nihil sub velamine habeat qd̄ publicū horreat: qd̄ deprehensum pudore aut infamia vreretur. **S**z illa que velaminib^o gaudet latibula et angulos semp querit que dephensa rubore effunditur arguta nō habet. vñ se iustis sentētis tueat est proin^o p̄scribenda et omnino abijcienda pmulgata et ab hīs qui deuotiōe et sanctitate pollere vident̄. **T**utius eū audirent̄ iniqui inhesitater et manifeste vera dicētes. qz boni clādestine dubia pferentes. **O**mnem quidē excludit errozē et animos audiētū absoluit a dubijs manifesta et exaiata doctrina. **Q**uo circa saluator ad inuicibile responsionis defensionē p sua doctriam se ptulit cū respondit: **E**go palā locut^o sum mundo. **E**t de disciplinis tacēs solū doctrinā approbauit ex manifesto cū nō disciplinis doctrina s̄ doctrina discipuli boni vel reprobi cēscant̄. **S**z qm̄ per sapiētes cōsueuerit approbari aut reprobari qñqz doctrina: locū in q̄ sapiētes iudeoz cōuincire solebant: subiūgit d. **E**go sp̄ docui in synagoga et in tēplo q̄ oēs iudei cō-

